Sermones tres de paſſio
ne chriſti triū uenerabiliū
doctorū Quorū primū cō
pilauit ſiue Gulermuſ de
Aquiſgrano. ſiue Gabriel
de Vrach. ceterorum no⸗
mina ignorantur

Panz. hanc ed. ignorat.

U 3841

KAISER-WILHELM-BIBLIOTHEK-POSEN



Geschenk der Königlichen Bibliothek
zu Berlin. 1898. 1899.

E. D. d. j. 1898

C* 5777

Es fehlt Bogen r und s
Schlussschrift s. Seite y² verso

Sermones tres de paſſio
ne chriſti triū uenerabiliū
doctorū Quorū primū cō
pilauit ſiue Guilermuſ de
Aquiſgrano. ſiue Gabriel
de Vrach. ceterorum no=
mina ignorantur

Panz. hanc ed. ignorat.

Ex
Biblioth. Regia
Berolinensi.
VEND.
EX BIBL.
REG. BEROL.
Inc. 69

# Sermo deuo

tiſſim⁹ ꝛ magiſtralis de paſ-
ſione domini editus per exi
miū ſacre theologie docto-
rem Guilermuȝ textoris de
Aquiſgrano. tunc predican
tem in Baſilea. verū quideȝ
moribus. rerum experiētia.
ac cōtemplatione maximū.
et ad inſtantiaȝ excellentiſſi
mi doctoris Guilermi de ru
peforti. cancellariꝫ regis frā
cie ingeniꝫ ꝛ ſanctimonie nō
minoris impreſſus.

## Eſum tradi

dit volun-
tati eorum.
Luce. xxiij.
Sententialiter Johan. xix.
Uerba iſta ſunt chariſſimi
illius nō tam corpoꝝ ꝙ̄ ani
marum medici beati Luce
euāgeliſte. cuius laus eſt in
euangelio per omnes eccle-
ſias. quibus breuiſſime qui
dem ſed compendioſiſſime
paſſionis dominice amari-
tudinē. iudicis malignitatē
iudeoꝝ furorem. ſi litteram
attendimus expreſſit. Sive
ro in altuȝ rete ducto myſte
rium requirim⁹. paterne bo
nitatis ineffabilē charitateȝ
variam quoqꝫ paſſionis tra
diti nobis filiū efficaciam cō
prehendit Aſſumpta quoqꝫ
ſunt thematiza liter ī caput
vtrūqꝫ dicendorum de eiuſ
dem domini noſtri ieſu xp̄i
amariſſima paſſione. quam
hodierna die ꝓ humani ge-
neris redemptione dignat⁹
eſt miſericorditer ſuſtinere.
his eīm domini crucifixio et
vniuerſa eius afflictio quaȝ
pro peccatoribꝫ frementiuȝ
pectoruȝ beſtiaꝝ crudeliſſi
me voluntati traditus. pati
dignatus eſt deſignat. qua
vt Leo ait. Nihil mirabili⁹.
nihilqꝫ ſublimius inter om
nia opera miſericordie dei
que ab initio ſaluti ſunt im-
penſa mortalium reperitur.
Huic enim ſacramento vni
uerſa precedentiū ſeculorū
myſteria ſeruierūt. in hiſto-
riꝫs. in ꝓphetis. in legalibꝫ ce
rimoniꝫs ꝛ ſacrificiꝫs. ipſuȝ
deniqꝫ exhibitū oī tpe xp̄ia-
noꝝ aīas exercet neqꝫ vllum
xp̄iane religionis officiū ē ꝙ
nō mūdi recōciliatio hac ſa
lutifera paſſiōe ꝯq̄ſita cele-
bret. Sed nec vlli⁹ rei phia

mentib9 chriſtianoꝝ ita quõ
dñice paſſionis myſterium
imprimēda eſt. Poſtq̃ꝫ bea/
tiſſim9 Paul9 qui in leg; pe/
ritia floruit. abūdanti9 emu
lator exiſtēs paternaꝝ tradi
tionū Gal. j. q̃ deinceps ma
gnitudine reuelationū ſub/
limat9 ⁊ in tertiū celū rapt9
audiuit archana q̄ non licet
hoī loqui. ij. Coꝝ. xij. Inter
corinthios tñ ꝯſtitut9 nō ali
ud iudicauit ſe ſcire niſi Je
ſum xp̄m ⁊ hūc crucifixum.
.j. Coꝝ. ij. Cui ꝯſonat illud
beati Bern̄. ſer. xliij. ſup cā/
tica. Hec mea ſublimior in/
terim ph̄ia ſcire ih̄m ⁊ hunc
crucifixū. Nō req̄ro ſic̄ ſpon
ſa vbi cubet vbi paſcat ī me
ridie quē intueor ſaluatorez
ī cruce. hec meditari dixi ſa/
pientiā in ip̄o ꝑfectionē iu/
ſticie ꝯſtitui. plenitudinē ſci
entie. diuitias ſalut;. copias
meritoꝝ. Que q̃uis meditā
tis animū relinq̄re ñ debēt:
hodierna tñ die q̄ ſaluatorē
noſtꝝ iudeorū voluntati ad
cruc; mortiſq; ſuppliciū ab
impio iudice pilato traditū
ſancta recolit eccl'ia deuoti9
nobis ſunt ⁊ grati9: cordeq;
cōpūctiore recolēda. Poteſt
aūt ſāctiſſimā paſſionē hāc
quadruplicit' aīa deuotioni
dedita ꝯtemplari. in ordine
ad q̄ttuor effect9 in mēte di/
ligēter meditātis ꝯſequētes
Poteſt ſiquidē ꝯſiderari q̄n
tum ad ſeipſam. q̄ntū ad mo
dum. q̄ntū ad cauſam. q̄tuz
ad fructuz. In paſſione dñi
q̄ntū ad ſeipſa; ꝯſiderata oc
currit maxia amaritudo. et
ideo eſt cōpunctiua ad com
paſſionē. In cauſa mōſtrat'
inaudita dilectio. ⁊ iō eſt in/
flāmatiua ad amorē In mo
do relucet ꝑfecta ꝟtutū exē/
platio. ⁊ iō illuminatiua eſt
ad imitationē In fructu nu
merat' plena ꝑditoꝝ reſtau/
ratio. ⁊ iō ē ꝯſolatiua ad de
ſolatoꝝ erectionē. Prio mo
do ꝓuidebat eā Hiere. cū in
ꝑſona dñi dixit. Dedi dile/
ctā animā; in man9 inimici
ei9. facta eſt mihi hereditas
mea q̄ſi leo in ſilua. dedit cō
tra me vocem. eiuſdem. xij. ⁊
Thren̄. j. O vos oēs q̄ trāſi
tis ꝑ viā attēdite ⁊ videte ſi ē
dolor ſicut dolor me9. Se/
cūdo mō ꝯſiderat eā ille qui
cruci aſtitit dilect9 dño diſci
pul9 Johēs cū ait. In h̄ co/
gnouim9 charitatē dei q2 il
le p nobis aīam ſuā poſuit. j.
Jo. iij. ⁊ iiij. ca. Nos diligā9

quia ꝑor dilexit nos et misit
filiū suū ꝓpiciationē ꝑ pctis
nr̄is. Tertio mō ꝟtex aploꝝ
Petrus eā meditabat medi
tādoq3 nobis cōmēdauit. cū
dixit. Christ⁹ passus ē ꝑ no/
bis. vobis relinquēs exēplū
vt sequamini vestigia ei⁹. j.
Pe. ij. Quarto mō cordi suo
inscripsit eā vas electōis do
ctor gētiū Paul⁹ cum inq̄t.
Mihi aūt absit gloriari ni/
si in cruce dn̄i nostri ihu xp̄i
Gal. vj. Addit eccl'ia. In q̄
est sal⁹ vita ꝛ resurrectio nr̄a
p quem saluati ꝛ liberati su
mus. qꝛ cōplacuit patri p eū
recōciliari oīa in ip̄o pacifi/
cās p sanguinē crucis ei⁹. si
ue q̄ in tris siue q̄ i celis sūt.
Coloss. j. Hec q̄ttuor simul
cōplectit Bern̄. ser. de sacra
mēto eucharistie. Mors in
quit xp̄i op⁹ sine exēplo. gr̄a
sine merito. hūilitas sine mō
donū sine pcio. Premiū re/
spicit passionis acerbitatē3.
Scdm imeritā dei caritatē
Tertiū imitabilē exēplarita
tē. Quartū mltiplicē fecūdi
tatē. Applica si placet Et q̄s/
nis charissimi sm oēs p̄reta
ctos q̄ttuor modos ꝑficiat.
diligēter dn̄icā passionē me
ditādo ꝑtractare. ut sic ꝯpū
gamur. iflāmemur. illumine
mur. ꝯsolemur. qꝛ tn̄ ad mul
ta sil' eq̄ intēdere nō possum⁹
dicēte poeta. Plurib⁹ intēt⁹
minor est ad singula sensus.
Ideo q̄libet illi mō pl⁹ inser
uiat. q̄ se mags iuuari ꝛ a de
fectib⁹ suis purgari. ampli⁹
ꝯcupiscit. Vn̄ si dur⁹ es ꝛ in
sensibilis ad deuotionē. i ꝑ/
mo mō diligent exercitare ꝛ
deuotaberis. Si frigid⁹ es
ꝛ segnis. secūdo mō insiste et
inflāmaberis. Si ebes es ꝛ
stolid⁹. terti⁹ mod⁹ te instruē
do illumiat. Si tristis es et
desolat⁹. q̄rt⁹ mod⁹ te ꝯsolat
ꝛ letificat. Nos ꝟo qꝛ multa
sil' eodemq3 smōe ꝑcurrere
non valem⁹. vt vult Chrys.
omel. v. super Matth. Pro
nūc p̄mo mō opam dabim⁹
vt in r̄citāda dn̄ice passiōis
historia q̄tū ꝯcesserit ipse q̄
passus ē austeritatē atq3 pas
sionis rigorē declarabimus.
qꝛ hmōi ꝯsideratio fūdamē
tū est ceteroꝝ. Nō em̄ patiē
tis satis charitatē. exēplari/
tatē ꝛ fruct⁹ magnitudinē at
tēdere poterit. q̄ ip̄i⁹ passio/
nis amaritudinē n̄ recogno
scit. Et nisi cordis nr̄i duri
cia ꝓpellat ꝛ ꝯpūctōe liq̄fiat
ineptum erit ad ceteros ꝑce

dere ꝯſiderãdi modos. Hãc aũt duritiẽ nihil ita ſicut amaritudo paſſiõis attẽte ꝯſiderata mollefacit. Sic ait be. Bern. Aſcẽdit xp̄us in altũ vt ab oĩibꝰ videret. alta voce clamauit vt ab oĩibꝰ audiret. clãori fletꝰ admiſcuit vt hõ ꝯpateret. Qui ad hãc vocẽ nõ ꝯcutit terra grauior ẽ. petra durior. ſepulchro fedior. Cupientibꝰ itaqꝫ nobis oculo deuote ꝯſolatõis crucẽ dñi ihũ videre. ⁊ iuxta eam pia cõpaſſione affici exeundũ eſt nobis ꝑ affectuuꝫ elongatõem a terra hieruſalem vbi frequẽtia terrenorũ hoĩm habitat. vbi delicie et pompe ſeculi laſciuiũt. quoniã nõ inuenit xp̄s ꝑ paſſionẽ crucifixus in terra ſuauiter viuentiũ. Sic eñ ap̄lus hortat Heb. xiij. Exeamus ĩnq̄t ad eum extra caſtra improperium eius portantes. Eũdumqꝫ eſt in eũ q̇ dr̄ caluarie locus. Jn locũ ſcꝫ caluiciĳ ⁊ mortificatõis carnis Jn locũ gemitus ⁊ merorĩs. vbi mẽtis ꝯtuitu ꝯſpiciamꝰ ſalutiferã crucẽ que ꝑtulit p̄ciũ noſtre redẽptõis. vt dominũ ihm queꝫ impiꝰ iudex tradidit voluntati nequiſſime iudeorꝫ ad ignominioſiſſimã mortẽ crucis nr̄e volũtati ſibi fideliť cõpatiẽti tradere dignet pater celeſtis ad plenitudinẽ ꝑpetue ꝯſolatõnis. Jnueniemꝰ aũt ſi exiuerimꝰ glorioſam mariã virginẽ bñdictã dei matrẽ. cuius hodie animã cõpaſſiõis gladius ꝑtrãſiuit dũ iuxta crucem ſtabat dolores ⁊ lãguores vnigeniti cõſpiciẽs. que vt nobis aditũ ad eundeꝫ ꝓ nobis crucifixũ ſpiritumqꝫ cõpunctionis impetret que vt ꝓfluentes educat lachrymas de cordiũ noſtrorꝫ duricia. Jmploremus vna cuꝫ filio dicentes mente deuota orationẽ dñicã cum ſalutatione angelica.

Jeſum tradidit volũtati eorum. Btũs euãgeliſta Lucas q̇ idcirco i Ezechielis viſione ꝑ vitulũ ſignificat. qm̄ xp̄i ſacrificiuꝫ q̇ in cruce ꝓ nobis immolatꝰ eſt quod ꝑ vituli holocauſtũ figurabat. vt tangit apoſtolus ad Heb. ix. clariꝰ deſcꝑſit. volens breui compendio paſſionis xp̄i multiplicitatem ⁊ amaritudinẽ inau-

ditam exprimere ait Jheſum
tradidit. haud dubiuz quin
Pylatus voluntati eoꝝ cru
delium ſcz iudeoꝝ. nõ ſatis
viſum eſt dicere cũ Matth.
et Marco et Johanne tra/
didit eis Jeſum flagellis ce
ſum. vt crucifigeretur. ſed
maius aliquid dixit. tradi/
dit voluntati eoꝝ. vt ne duz
crucifigerent. ſed omnẽ cru
delitatis ſue rabiem in eum
retorquentes. omnẽ volun
tatis ſeuiſſime furorem ac
ſanguinariã ſitim innocen/
tis domini ſanguine oppro/
brijs contumelijs blaſphe/
mijs ĩfamia exquiſitiſqꝫ tor
mentis ⁊ afflictiõibꝫ omnifa
riam ſatiarent. O inauditã
a ſeculo crudelitatem. nuſ/
qꝫ aliquando patrie ꝓditor.
ciuium depopulator. latro
publicus. in fratres ſicariꝰ.
parentum interemptor. aut
qꝫtumlibet facinoroſus ita
ſuis inimicis a iudice tradi
tus legiꝛ. vt omnẽ ſue inui/
die in eum acuerent ſtimu/
luz. Sed quos lex extremo
interimi iubet ſupplicio. mo
dum etiã interemptõnis at
qꝫ ſupplicij ſtatuit. vt quos ꝑ
iuſticiam viuere non licet.
ſaltẽ ĩ occiſiõis mõ determi
nato oĩa oſtẽdanꝛ. ⁊ nũqꝫ iu

ſticia a miſcdia ſine q̃ ñ iuſti
cia ſꝫ crudelitas dicẽda ẽ ſe/
pareꝛ. Qđ etiã ĩ ipĩs latroni
bus cũ dño crucifixis actuꝫ
fore cõprobaꝛ. Nõ eiđ latro
nibꝫ legiꝛ qꝫ ſuas baiularũt
cruceſ. qꝫ flagellati. qꝫ ſpinis
coronati. qꝫ iã crucifixi blaſ
phemijs ⁊ irriſiõibꝫ illuſi. qꝫ
felle ⁊ aceto potati fuerĩt. et
cetᷓa hmõi. Solus ĩnocens
dñs. cuiꝰ etiã ipẽ iudex. tradi
tor ⁊ crucifixoreſ ꝑiꝛ innocẽ
tie ꝓhibẽt teſtimoniũ. ne dũ
crucifigi iubetur. ſꝫ ipĩs ſuis
peis modꝰ nullꝰ cobibeꝛ. qm̃
rabidoꝝ canũ volũtati diſ/
cerpẽdꝰ exponiꝛ. Hĩc eĩ aliꝰ
apprehẽdit. aliꝰ ligat. aliꝰ ex/
clamat. aliꝰ ĩpellit. aliꝰ ſpinis
coronat. aliꝰ purpura veſtit.
aliꝰ harũdinẽ ꝑ ſceptro ĩ ma
nu ponit. aliꝰ furioſe harũdi
nẽ exceptã ĩ venerabile eius
caput ꝑcutit. aliꝰ ꝯſpuit. aliꝰ
illudit. aliꝰ alapis cedit. aliꝰ
colaphis ĩpetit. aliꝰ velat. ali
us ſubſannãdo vt regẽ ſalu
tat. aliꝰ crucẽ ĩponit. aliꝰ tra
hit. aliꝰ nudat. aliꝰ foſſis ma/
nibꝫ ⁊ pedibus cruci affigit
aliꝰ erigit. alius erectũ blaſ/
phemat. alius felle et aceto
potat. Sic mille talibꝫ iniu
rijs omnẽ volũtatẽ ſuaꝫ in/

humaniter explēt. nec viuo
ꝑcere norūt nec mortuo cū
etiā iā expiratum trāſſigūt.
Cōcurrūt omēs ferocit̃ ad
puniendū. Nemo eū agno-
ſcit ad cōpatiendū. Sic oli
ꝓphetizatū fuerat ꝑ regiū ꝓ-
phetam in ꝑſona ꝯtēpti dñi
ps. xxj. ſic dicētꝭ. Ego ſū ver
mis nō hō. opprobriū hoīm
⁊ abiectio plebis. Oēs vidē
tes me deriſerunt me locuti
ſunt labijs ⁊ mouerūt caput.
Factū eſt cor meū tanq̄ cera
liqueſcēs. ī medio vētrꝭ mei.
Aruit tanq̄ teſta virt⁹ mea. ⁊
lingua mea adheſit faucib⁹
meis. ⁊ in puluerē mortꝭ de
duxiſti me. Qm̄ circūdede-
rūt me canes mlti. et ꝯſiliū
malignantium obſedit me.
Foderūt man⁹ meas et pe-
des meos. dinumerauerūt
oīa oſſa mea. Ipſi vo ꝯſide-
rauerūt ⁊ inſpexerūt me. diui-
ſerūt ſibi veſtimēta mea. ⁊ ſu
per veſtē meā miſerūt ſortem
Et in ps. lxviij. Multiplica
ti ſunt ſuꝑ capillos capitis
mei q̇ oderūt me gratis. Con
fortati ſunt q̇ ꝑſecuti ſūt me
inimici mei iniuſte. q̄ nō ra-
pui tūc exoluebā. Qm̄ ꝓpter
te ſuſtinui opprobriū. operu
it ꝯfuſio faciē meā. Extra-
neus fact⁹ ſū fratrib⁹ meis. ⁊
peregrin⁹ filijs matris mee.
Aduerſū me loq̄bant̃ q̇ ſede
bāt in porta. ⁊ in me pſalle-
bāt q̇ bibebāt vinū. Et ſuſti
nui q̇ ſimul ꝯtriſtaret̃ ⁊ non
fuit. q̇ ꝯſolaret̃ ⁊ nō inueni.
Et dederūt ī eſcā meā fel ⁊ in
ſiti mea potauerūt me aceto.
Hec oīa ⁊ ſimilia crudeliſſi
moꝝ volūtatū opa neq̄ bre
ui⁹ neq̄ efficaci⁹ cōphēdi po
terāt q̄ vbis euāgeliſte dicē
tis. Ihm tradidit volūtati
eoꝝ.

## Eo nunc

ſ iuxta hiſtoriam q̄
generalit̃ p̄miſſa
ſūt. ꝑ ſinglla videam⁹. Ueſtꝝ
erit nō vboꝝ cōpoſitōez fle-
biles expectare. ſꝫ rem ipam
cōpūcto corde animaduer-
tere. q̄ ſi duriciā cordis emol
lire non valebit fruſtra vbis
mulcet̃ affect⁹. Nō em̄ in hu
mane ſapiētie pſuaſionib⁹ ⁊
vbis ē fides nr̄a. ſꝫ in vtute
dei. j. Coꝝ. ij. In recitatōne
hiſtorie ea ſolū que paſſiōis
amaritudinē oſtēdūt ꝯſide-
rabim⁹ dimittētes doctrīas
fidei ⁊ moꝝ ⁊ fruct⁹ paſſiōis
articulos ꝯſeq̄ntes Pro-
ſequēdo āt ſtatui p̄mo hiſto

riā additis his q̄ acerbitatē
paſſionis declarāt recitare.
Scd̄o pro coꝝ faciliore me
moria. ꝑ modū ſummarum
recapitulare Tertio ſꝫm the
matis ꝯbulū pauca exhortā
do ſubinferre. Ultima duo
mēbra breuia. ꝑmi mēbri ꝓ
lixitatē cōpēſabūt. Hiſtoriā
itaqꝫ incipiēdo ab his q̄ do
minus poſt cenā nouiſſimā
paſſus eſt. diuido ſꝫm tria q̄
acerbitatē paſſionis ꝑncipa
liter intulere. Primū eſt in
terior afflictio. paſſionē exte
riorē ꝑcurrēs. Scd̄um cor
poralis ⁊ exterior attritio. ex
iudaica ꝑſecutōe ꝯſequens
Tertiū crudelis ꝑcuſſio ꝑ
manus gentiliū paſſionē cō
ſummans. Et hec tria recte
correſpōdēt triplici traditōi
qua xp̄s traditꝰ eſt volūtati
inimicoꝝ ad ſufficiētiā acer
biſſime paſſionis. Traditus
ē a ſūma trinitate. patre ſcꝫ
ſꝫm illud Roꝝ. viij. Proprio
filio nō pepercit ſꝫ ꝓ nobis
om̄ibꝰ tradidit illū. A ſeipſo
ſꝫm illud. j. Pe. ij. Tradebat
āt iudicanti ſe iniuſte. A ſpū
q̄ꝫ ſctō q̇ ⁊ ip̄e ꝑ os pōtificis
ꝓnunciauit. qꝛ expedit chri
ſtum mori pro ꝑplo. Joh. xj.
Traditꝰ eſt ſecūdo a iuda in

deis inſultātibꝰ. Traditꝰ eſt
tertio a pilato miniſtris cru
cifigentibꝰ. Prima tradi
tio qua ſeip̄m tradidit in eo
maxime apparuit qꝛ priuſq̄ꝫ
foris affligeret inimicus ſe
ip̄m intus tradidit vehemē
tiſſimis triſticijs ⁊ doloribꝰ.
Ad ꝑmi manifeſtatiōem ait
Johan. Egreſſus ih̄s trās
torrentē cedron. ibat ſꝫm cō
ſuetudinē in mōtē oliuaruꝫ.
Egreſſus inq̄ꝫ de grandi ce
naculo. de ciuitate hieruſa
lē dn̄s ih̄s mūdi redemptor
cena illa ſacratiſſima facta.
in qua ſeip̄ꝫ diſcipulis ſuis
in cibū admirabili ſacramē
to tradidit memoriale repa
rātis paſſionis. arram ꝯſū
mate dilectōis. pignus futu
re beatitudinis. Expleto de
niqꝫ ꝯſolatorio ſmone. quo
puſillū diſcipulorū gregem
quē elegit fouit. in fineꝫ vſqꝫ
dilexit paſtor bone paterne
ꝯſolatꝰ inſtruxit. cautos red
didit ꝯtra īminētē eoꝝ ꝑtur
batōem. lōge magis ꝓ eis q̄ꝫ
ꝓ ſeip̄o ſollicitꝰ Scd̄o etiaꝫ
Petrū ſe negaturū ꝓphetice
auiſauit ꝑſumptōnemqꝫ au
daceꝫ qua de ſe cōfiſus vſqꝫ
ad carcerꝫ ⁊ mortem. dn̄m
nullo pacto derelictuꝝ ſpo

pōderat cōpeſcuit. Sed et
traditorē ſuū cibatiōis p̄cio
ſiſſimi corꝑis ſui beneficio.
dulci allo q̄o ꝯſtum i ſe fuit.
dolore timore et pudore. vt
Lyra ait ſuꝑ Mat. retraxit
ac ꝯcepti ſceleris īmanitatē
p̄dicēdo terruit Hymno q̄ꝫ
dicto egreſſus venit in villā
gethſemani i pede mōtꝭ oli/
uaꝝ i cui⁹ fine erat ort⁹ Se/
cuti ſūt eū aūt diſcipuli eiuſ
vndecim ſcꝫ. iā fili⁹ ꝑditōnis
abierat. ad ꝟbū xp̄i. qđ facis
fac citi⁹. iā ad ꝯſummatōem
ſceleris. ad aſſignatōeꝫ vēdi
te mētꝭ. ad acq̊ſitōneꝫ viliſſi
me mercedis. feroceꝫ arma/
toꝝ cohortē ꝯgregatur⁹ Se
cuti aūt ſunt eū meſto corde
pauētes ⁊ tremuli, ſciētes ꝟ/
ba q̊b9 ſe i ip̄a nocte cū iniq̊s
deputādū mgr̄ ꝟitatꝭ p̄dixe/
rat retractari nō poſſe. ſꝫ n̄c
illa q̊b9 ꝑcuſſo paſtore ip̄os
tāq̄ꝫ oues gregꝭ diſꝑgendos
ſignificauit. Vn̄ teſtat̄ xp̄us
Jo. xvj. Triſticia impleuit
cor veſtꝝ. Sꝫ ego veritateꝫ
dico vobis. expedit vobis vt
ego vadā. Si em̄ nō abiero
paraclit⁹ non veniet ad vos.
Si āt ⁊c̄. Secuti ḡ ſunt eū
q̄ſi vltimū vale p̄ſtātes. đ ce
tero eū ſocialit̄ affectuoſe et
familiarit̄ nūq̄ꝫ i carne aſſo/
ciaturi. q̊nimo ab eo fugitu
ri. q̄ꝝ tn̄ oīs triſticia i piū pa
ſtorē prēm ⁊ mgr̄m defenſo
rēq̄ꝫ fideliſſimū redūdabat.
Intrauit cū eis itaq̄ꝫ hortū.
quē ⁊ iudas impij̄ſſim⁹ ſcie/
bat. qm̄ freq̄nt̄ ꝯuenerat ih̄ſ
illuc cū diſcipulis ſuis. Qr
em̄ iudas ſciebat ideo intra
uit vt ſic ſe ſua ſpōte ꝓ nobiſ
paſſuꝝ ſignificaret. dū locū
ꝓditori cognitū captiōi ap/
tū nō vitaret Intrāte āt dn̄o
cū diſcipulis ſuis hortū. cir
ca p̄ncipiū horti octo diſci/
pulis ſuis dixit. Sedete h̄.
donec vadā illuc ⁊ orē. Se/
dete inq̄ꝫ. n̄ moueami. ſicut
nō loco ita nec mēte. Hilari
us. Juſſit eos ſedere. ⁊ pau/
liſper expectare redeūtē do/
nec ꝓ cūctꝭ dn̄s ſol⁹ oret. q̊a
ei⁹ oratio oīm noſtꝝ ē redēp
tio. eiſq̄ꝫ ibi derelictꝭ ꝓceſſit.
aſſūpto petro ⁊ duob9 filijs
zebedei Ecce paſſiōis dn̄ice
p̄ncipiū nō a dn̄o ſed ab eis
orditur ꝓ q̊b9 pati venerat.
Quis pōderare ſatꝭ pt ꝯſtū
ꝟbū h̄ q̄ diſcipulos illos q̊s
tenerrime dilexit ⁊ p̄ cunctꝭ
vaſti orbis mortalib9 elegit.
velut in gremio ſuo fouit tā
dulci collo q̄o inſtruxit tāq̄ꝫ

vltimo ad ipos ꝑlatria ſeli cẽciauit. pnoſcẽs qꝛ ꝙ in om nibꝫ temptatõibꝫ ſecũ pmã/ ſerãt. vt ipe ait Luc. xxij. iam ab eo diſpgẽdi erãt. iam ſua paſſiõe ſcãdalizãdi. iam ſua morte ſauciandi. q̄ꝫtum inq̄ꝫ verbũ h̄ coꝛ illud moroſiſſi/ mum vulnerãdo ꝯtriſtauit. Cuꝫ ꝛ noſtra dura coꝛda in amicoꝝ noſtroꝝ ſeparatiõe vſq̄ꝫ ad lacrymaꝝ flumĩa li/ queſiant. Hinc ſal⁹ ꝛ redẽp/ tio mũdi angeloꝝ leticia ce/ pit bellũ duriſſimũ acerbiſ/ ſime paſſionis agere. Et vt omino ſe volũtarie ꝑ nobis ſatiſfacere magꝭ q̄ꝫ ſatis pa/ ti demõſtraret. non ꝑus ab alijs affligi q̄ꝫ a ſeipo afflicti onẽ voluit aſſumere. Prius eñ q̄ꝫ aduerſari⁹ manum ſa crilegã inijceret. cuꝫ adhuc cũ ſuis diſcipulis ꝯſiſteret. cepit ꝯtriſtari ꝛ meſtus eſſe. pauere ꝛ tedere. Nouit dñs futuros hereticos ꝙ de ſuo ſenſu abũdantes dicturi eſ/ ſent eũ nõ v̄e paſſum ſed dũ taxat paſſiõis doloriſq̄ꝫ ima ginẽ ptuliſſe. vt mẽtit⁹ ẽ Im pius maniche⁹. coꝛpus xp̄i fantaſticũ ꝛ nõ eſſe veꝝ ſom nians. Et ꝑ ꝯſequẽs nec do loꝛẽ paſſionem ve ſenſiſſe. vt

tãgit Raban⁹ ſup Matth. ꝛ. Marcuꝫ. diſ. xv. tertij libꝛi. vt ergo cũctis futuris ſecu/ lis declararet ſe ñ fantaſtice ſꝫ v̄e ꝑ nobis doluiſſe. acer/ biſſimã q̄ꝫ paſſionẽ ꝑ nobis ſubijſſe. ſic olim ꝓpheta dixe rat. Uere lãguoꝛes nr̄os ip ſe tulit. ꝛ doloꝛes nr̄os ipſe poꝛtauit. Eſa. liij. euidẽtiſſi/ mis oſtẽdit ſignis. triſticia ſcꝫ ꝛ pauoꝛe ꝓlixa oꝛatiõe ac ſanguineo ſudoꝛe. De quo Auguſtin⁹ exponẽs v̄bũ illd ꝓphete in ꝑſona dñi loquẽtꝭ Repleta eſt malis aĩa mea. ait. nõ vicijs ꝛ pctis ſꝫ hũa/ nis malis. ſcꝫ doloꝛibꝫ reple ta fuit aĩa mea. Et ambꝛoſi⁹ libꝛo tertio de trinitate. Ut hõ turbatur. ut homo flet. vt hõ crucifigitꝛ. Nõ turbatꝛ ei⁹ diuinitas ſꝫ turbatꝛ anĩa ſm̄ humane fragilitatis aſ/ ſumptioneꝫ. nam ꝙ ſuſcepit animã. ſuſcepit etiam anime paſſionem. Et ſuper Lucaꝫ Minus contulerat mihi ſi nõ meum ſuſcepiſſet affectũ Confidenter triſtiam nomi no quia crucẽ p̄dico. neq̄ꝫ ei ſpeciem incarnatiõis ſuſce/ pit ſed veritatẽ. Debuit ergo doloꝛẽ ſuſcipere vt vinceret triſticiã nõ excluderet. neq̄ꝫ

enim habet fortitudis laudez q̄ stuporē magꝭ vulnerꝝ tulerint q̄ꝫ dolorē. Absit āt a cordib⁹ fideliū ceca q̄dā pietate suſpicari eternā veritatez q̄ fallere neſcit aliq̄d speciete/nus confinxiſſe. ⁊ foris q̄cq̄ꝫ apparuiſſe cui nō ſubeſſet veritas. Sed q̄cq̄d referētib⁹ sacris ſcṗtorib⁹ de veritatis ꝟbo legitꝭ vel auditꝭ h̄ certiſſime cognoſcite q̄ꝛ nihil ap/parētie mixtū ſꝫ min⁹ euāgeliſtā aſſecutū fuiſſe ſmonib⁹ q̄ꝫ veritas inexiſtat reb⁹. q̄ꝛ n̄ tāta dici poterant myſteria xp̄i q̄ꝫta fuere in veritate. ſic̄ teſtaꝛ Joh̄. ca. vlti. ſui euāgelij. De h̄ btūs Hiero. ī explanatione fidei ita ait. Nos ita dicim⁹ hoīez paſſibilē a dei filio ſuſceptū. vt deitas īpaſſibilis ꝑmaneret. paſſus eſt enim fili⁹ dei nō putatiue ſꝫ ꝟe oīa q̄ ſcṗtura teſtaꝛ. ſꝫ ſm illud qđ pati poterat. ſcꝫ ſm ſubſtātiā aſſumptā. Multa ad idē allegat mgr̄ ſentētiaꝝ. diſ. xv. li. iij. Vere ergo dn̄s triſtat⁹ eſt. De q̄ dic̄ Matth̄. et Mar. Cepit cōtriſtari et meſtus eſſe. pauere ⁊ tedere. Vigilāter dicit. Cepit hu/iuſmodi triſticiā qua vt ſeq̄ꝛ vſq̄ꝫ ad mortē triſtat⁹ eſt. nō

ꝑus ꝑtulit ſed nūc vicināte eius morte volens ſuſcepit. Quo eoꝝ arguiꝛ temeritas q̄ ſcṗtis ⁊ ꝟbis aſſerūt xp̄m ab inſtāti ꝯceptōis eq̄li acerbitate oīa ꝑtuliſſe in aīa q̄ paſſus eſt in cruce vel ago/nia. Jmo omnes dolores ⁊ acerbiores q̄ꝫ oēs homīeſ ſimꝉ ab initio ſeculi vſq̄ꝫ ad ei⁹ ꝯſummatiōem. imo q̄ꝫ in purgatorio exiſtētes aut dānati. Qđ apte reprobat beatus Tho. ī. iij. ꝑte. q. xlvj. ar. vj. Quāuis enim ab initio cō/ceptionis nouit in ꝟbo vel ꝑ ſcietiā infuſā oēs future paſſionis amaritudīes. noluit tn̄ vt redūdarēt ī ſenſualitatē ad cauſandū expimētalez doloris aut triſticie ſenſuz. q̄uo factū ē dn̄ eſſꝫ ī agonia. Sic nec voluit btītudinem mētꝭ ſue redūdare ī vireſ aīe īferiores aut corp⁹ paſſibile Stultū ei ⁊ ſine rōe dictū ē xp̄m ꝑ totū vite ſue decurſū nūq̄ꝫ gauiſū aut expimētali ꝯſolatōe letatū. ſꝫ miſcuit leta triſtib⁹. Sic̄ ei puer ⁊ in/fās fleuit. ita ſugēdo btā vbera ꝯſolabaꝛ. ⁊ arridēti matri blād⁹ erat. n̄ ei ꝑdidit guſtū ciboꝝ aut tactū ſuauiū. ſed nunq̄ꝫ ad viciū bis vſus eſt.

Cōtra ſic dicētes ait cācella
rius pariſienſ Joh. d gerſo
na in epl'a de ſuſceptiōe hūa
nitatis xpi. Chriſt⁹ nō habu
it ab inſtāti ꝯceptiōis omnē
illuȝ dolorē vſqȝ ad inſtans
mortꝭ ſue qualē ꝑtulit i cru/
ce. aut ꝑus ꝑ decurſum pe/
nalis vite ſue. ⁊ oppoſitū ſcri
bendo vel p̄dicādo aſſerere
eſt temerariū falſum ⁊ p̄ſum
ptuoſum. Si em̄ eadē triſti
cia idē dolor ab inſtāte ꝯce/
ptionis aīe aut ſenſibꝫ inhe/
ſiſſet quō cepit triſtari ⁊ me/
ſtus eſſe. ſiquidē nemo qd̄ ꝑ
us fuerat incipit eſſe. Sil'r
⁊ illud Luc̄. Et Jeſus ꝑfici
ebat etate ⁊ ſapiā. nō alit̄ ſm
cōmunē doctoꝝ intelligētiā
ſaluari poſſe videt̄. niſi ꝙ ex
periebat̄ ꝑ aſſiduū cremētū
noticias nouas reꝝ. ⁊ ſic̄ no
uas noticias ſenſitiuas. ita
nouas delectatōes ⁊ triſtici
as Quātū aūt. dn̄s nō paſſ⁹
eſt omnē paſſionē ſm ſpēm.
neqȝ ſimilē dānatis i purga
torio exiſtētibꝫ. quoꝝ paſſio
ni nulla p̄n̄tis tꝑis afflictio
cōparari poteſt. vt dic̄ Tho
mas. iij. parte. q. xlvj. arti. vj.
Tāte tm̄ acerbitatis triſtici/
as. dolores ac corꝑis affli/
ctiones aſſumpſit q̄tū null⁹
vnq̄ȝ mortaliū ſuſtinuit. aut
i p̄ſenti vita ſuſtinebit vt ve
rū ſit verbū ſupra p̄allegatū
O vos om̄s q̄ trāſitis ꝑ viā
attēdite ⁊ videte ſi eſt dolor
ſil'is ſi. ⁊c̄. Aſſumpſit inq̄ȝ n̄
neceſſitate ſȝ pia volūtate. i
cui⁹ vtiqȝ erat poteſtate tri/
ſtari qn̄ voluit ⁊ letari. Jdō
nō dic̄ euāgeliſta. ꝯtriſtatus
eſt. ſ. ab alio ſȝ cepit ꝯtriſtari
quaſi ipſe volēs aſſumendo
triſticiā p̄ncipalior ſibi fuit
cauſa triſticie ſicut vniuerſe
paſſionis. cui volēti vniuer
ſa creata nihil aduerſum in
ferre potuiſſent. Dū aūt di/
ſcipulis in terris triſticie ſi/
gnū exteri⁹ pauorē. ſ. oñdiſſȝ
clari⁹ idipſum v̄bo ſignifica
uit dicēſ Triſtis eſt aīa mea
vſqȝ ad mortē. tā extēſiue q̄ȝ
intēſiue. Nico. de lyra. exten
ſiue. qꝛ durauit vſqȝ ad iſtās
mortꝭ. ſeꝑationē ſcȝ anime a
corꝑe in cruce. Jntēſiue v̄o
qꝛ maxima fuit q̄ȝ hō in hac
vita vnq̄ȝ habuit. Jdeo ꝑ id
qd̄ hoī moleſtiſſimū in hac
vita eſt ⁊ terribiliſſimuȝ ſm
phm̄. morte. ſ. mēſurat̄. qua/
ſi dicerȝ. Triſtis eſt aīa mea
vſqȝ ad mortē. i. tā intēſa eſt
triſticia q̄nta eſſe pōt i hoīe
viuo ſm Nico. de lyra. Nec

mirũ q̃m ipſam totã xp̃i ani/
mã ſm oẽs eiꝰ potẽtias re
pleuit ſicut ꝓpheta predixit.
Repleta eſt malis aĩa mea.
glo. i. doloribꝰ et penis. Re/
pleta em̃ fuit aĩa xp̃i triſticia
ꝛ dolore. q̃ꝫtũ ad oẽs eiꝰ po/
tentias triſticie ꝛ doloris ca
paces. Siſtamꝰ parũper h̃ ca
riſſimi. vt agnoſcere valea/
mus huiꝰ triſticie magnitu/
dinẽ quã dñs ꝑ nobis ſuſti/
nẽs tam efficaciter verbo et
ſigno demõſtrauit. Pro cu/
ius intellectu aduertẽdũ ꝙ
potẽtia triſticie ꝛ doloris ſic
et gaudij ꝛ delectatõnis ca/
pax ẽ appetitꝰ vel volũtas lar
ge ſũpto noĩe. vt ꝓbat Sco.
diſ. xv. li. iij. Eſt aũt in xp̃o tri
plex volũtas diuĩa ſ eadeꝫ. ſ.
cũ paterna. Jlla em̃ diuine
eſſẽtie idẽtificaꝛ. ꝛ ꝑ ꝯſequẽſ
vna in tribꝰ. Et ſm iſtã xp̃s
oĩno nihil patiebaꝛ nec do/
luit aut ꝯtriſtatꝰ ẽ. vt ex dictiſ
patet. Apud hãc em̃ volũta
tẽ q̃ deꝰ eſt nõ ẽ trãſmutatio
nec viciſſitudis obũbratio.
Jaco. j. Vñ q̃tiẽs de chriſti
paſſione tractãdũ eſt ita eaꝫ
cogitemꝰ vt diuinã in eo na
turã ab omĩ paſſione liberri/
mã cognoſcamus Hinc ait
btũs Leo in ſmone de paſſi
one q̃ incipit Jnꝛ om̃ia. Jn
oĩbꝰ q̃ ad dñi nr̃i ihũ xp̃i ꝑti
nent paſſionẽ. hec catholica
fides tradit hec exigit vt ĩ re
dẽptorẽ noſtꝝ duas noueri
muſ ꝯueniſſe naturas. ꝛ ma
nẽtibꝰ ꝓprietatibꝰ ſuis tantã
factã vnitatẽ vtriuſqꝫ ſubſtã
tie. vt nec infert vnitas ꝯfu
ſionẽ nec diminuit ꝓprietas
vnioneꝫ. Aliud eſt paſſibile
aliud inuiolabile. ꝛc̃. Alia ẽ
voluntas humana rõnalis.
Tertia eſt hũana ſenſitiue
ꝑtis. q̃ appetitꝰ ſenſitiuꝰ ma/
gis ꝓprie noĩaꝛ. Volũtas ra
tionalis duplicaꝛ ſm dupli
cẽ portionẽ rõnis ſupiorem
ſcꝫ ꝛ inferiorẽ. Portio ſupe/
rior duplicit̃ dr̃. q̃nqꝫ multũ
ſtricte ꝑ intellectu ꝛ volũta
te vt reſpiciũt ſola eꝛna. Et
illo mõ nõ p̃t portio ſupior
volũtatis ordinate triſtari.
qꝛ talis triſticia vt dic̃ Sco.
diſ. xv. li. iij. ſequereꝛ ad nol
le dñi in ſe. vel ad nolle ali/
quã ꝑfectõem intrinſecaꝫ. ſi
ineſſet tale nolle a deo eſt in/
ordinatũ vt vix dãnati illud
habeãt. qꝛ ꝛ ſi volũt deũ eſſe
iuſtũ. nõ tñ̃ h̃ forte abſolute
volũt. ſed qꝛ nolũt effectum
iuſticie quẽ ſentiũt. ꝛ h̃ nõ ꝑ
tinet ad portionẽ ſupiorem

illo mō ſumptā. Scdo mō largiꝰ accipit̄ ꝑ intellectu vt iudicat ꝺ quocūqꝫ ſm̄ regu las eternas et ꝑ volūtate vt vult quecūqꝫ referendo ad eterna. Ad h̄ ſonat Aug. xij. de trini. dicēs. Rationis ps ſuperior eternis rōnibꝫ ꝯſpi ciēdis vel ꝯſulēdis adhere- ſcit. Portio aūt inferior eſt de rebꝫ tpalibꝫ ſm̄ virtutes politicas. Harꝝ triū volūta tū quelibet ordinate pt̄ tri- ſtari ⁊ dolere. veruꝫ triſticia ꝓprie ad voluntatē rationis. dolor ad ſenſitiuū pertinet appetitū. Eſt em̄ triſticia ꝓ- prie ſm̄ Aug. xiiij. de ciui. c. xv. diſſenſio animi ab his re bus q̄ a nobis volētibꝫ acci- dūt. Dolor aūt offenſio aīe ex carne ⁊ q̄daꝫ ab eiꝰ paſſio ne diſſenſio. Eſt g̊ ꝓprie do- lor paſſio appetitus ſenſitiui ꝯſequēs ꝑceptiōem alicꝰ diſ cōueniētis corꝑi. Triſticia aūt paſſio ꝯſequēs ī volūta te apprehēſioneꝫ alicꝰ voliti. accipiūt̄ tn̄ ſepe alterꝝ ꝑ alte ro. Videamꝰ nūc q̄ volunta tū in chriſto et reſpectu qua rum triſtatus ſit atqꝫ doluit vt ſic doloris et triſticie im- menſitas aliquatenꝰ cogno ſcat. Poteſt aūt aliq̄d eſſe vo litū a voluntate rōnis q̄druplici- ter vt declarat Scotꝰ. etiā ſm̄ vtrāqꝫ portionē. ſcꝫ actu elicito libero. vt dicen do. nolo deſpici vel argui. Scdo actu elicito non ſim plicit̄ ſꝫ ꝯditōnato. vt proie ctio mertiū in mare ꝓpter pi culū ſubmerſionis vitāduꝫ. Proiectio q̄dē illa ſimplicit̄ eſt volita. qꝛ nō coactꝰ ab ex trinſeco eiicit mercator. ſed eſt volita ex ꝯditōe. qꝛ q̄tuꝫ in ſe eſſet nollet ſi alias peri culū euadere poſſet. Tertio actu nō elicito ſꝫ q̄dā nal̄i inclinatōe tāqꝫ a ſibi natura liter diſcōuenienti. ſicut que libet res naturaliter inclina tur ad ſibi cōmoduꝫ. et refu git aut reſiſtit diſcōuenienti aut nociuo. Et ſm̄ phm̄. ij. de anima. et Boetiuꝫ. iij. de conſolatione philoſophie. Quelibꝫ res naturalit̄ appe tit eſſe ſuū ⁊ ꝑmanentiā. ⁊ h̄ modo naturaliter voluntas vult ſalutē ſuā et ꝑſone cuiꝰ eſt. nō inq̄tuꝫ potentia libe ra. ſed inq̄tum natura que- dam. et non vult corruptio nem ſiue leſionem ſuam aut ꝑſone. nō vult. id ē. declinat. Quarto quoniam naturalē quandaꝫ ad inuicem habēt

anime eiuſdē potentie colli/
gantiā.potētia ſupior natu/
lit̃ r̃fugit diſcōueniētia potē
tiaꝝ inferioꝝ.dum ſaltē illa
apphēdit. Hinc volūtas ī
tellectiua naturalit̃ nō vult
id eſt.declinat ea q̃ appetitui
ſenſitiuo ſunt triſtia aut diſ
cōueniētia.dū talia p intelle
ctum apphēdit. Si ḡ acci
dit volitū quorūcꝫ dictorū
quattuor modorū dū mō vt
ſic dephēſum fuerit ſeqt̃ tri/
ſticia. Maior quidē ſi illud
qđ accidit fuerit ſimpliciter
actu libere elicito volituꝫ.q̃
tamē triſticia variat̃ ſm itē/
tionē actꝰ volēdi.vt magis
volita dū accidūt magis cō
triſtēt.minꝰ volita minꝰ. q̃a
que magis diſcōueniūt ma
gis ſi accidūt ꝯtriſtāt.volū/
tati aūt vt libera eſt nihil eſt
diſcōueniēs niſi p nolle.ſic
nihil cōueniēs ꝛ placēs niſi
p velle. Similit̃ qđ eſt ſim
pliciter volitū.volitū autꝫ
ſub ꝯditōe ſi accidit ꝯtriſtat
Quis em̄ dubitat mr̃es mo
do genitos infantes ſm cru
deliſſimū pharaonis edictū
Exo.j.nō niſi cū dolore ma
ximo ī flumīe piciſſe.Quoſ
tamē volētes picerūt.ſim/
pliciter volētes ex ꝯditione

qm̄ aliter cū infantibꝰ iteriſ
ſent. Idē de piectione mer/
tium pcioſaꝝ. Sic tertio et
quarto modis q̃ pter iuſti/
ciam mori eligit.q̃ pter ſani
tatē incidi qđ doloroſuꝫ eſt
ſenſibꝰ ſtatuit nihilominꝰ cō
triſtat̃ pro eo q illa naturali
obuiāt volūtatis inclinatōi
que vt natura appetit bonū
cōmodū pſone ꝛ pter natu/
ralē rōis cū ſenſu colliganti
am ſenſui ꝛ ꝯdelectat̃ ꝛ con
triſtat̃ naturaliter. Alioquī
quomō poſſet poni aliqua
delectatio vel ꝯtriſtatio ſur
repticia precedere om̄eꝫ ac/
tum liberꝫ volūtatis.verum
illa triſticia ſic in voluntate
vt naturaliter orta pt impe/
diri per nō ꝯſideratōem in/
tellectus.remitti vel vinci p
oppoſitā delectatōem conſe
quentē intenſum actū volū
tatis ideꝫ obiectū naturalit̃
diſcōueniēs libere acceptā/
teꝫ. Late om̄ia iſta declarat
Scotus vbi ſupra Intēdit̃
nihilominꝰ triſticia ſi id qđ
euenit pluribꝰ modis ſupra
dictis fuerit volituꝫ. Per h̄
ad ppoſitū redeūdo declarā
dum eſt qūo quelibet harū
voluntatuꝫ in chriſto vehe/
mentiſſime eſt contriſtata.

Voluntas quidem ſuperioris portionis actu deliberato de trib⁹ poteſt ordiate triſtari ordine quodã. Primo de carentia fruitõnis reſpectu eterni obiecti. Secundo de peccato ſue vel alteri⁹ voluntatis. Tertio de aliis malis ſuo ſuppoſito diſconuenientib⁹. vel aliis pſonis ſibi dilectis. quia ſicut ſuperior portio large ſumpta primo vult fruitõem dei. ſecundo iuſticiã quãcũq ad fruitionem ordinatã. ⁊ hoc vł in ſe vel in alio. tertio vult ſm reglas eternas bona media ⁊ minima ſibi ⁊ aliis in ordine ad maxima. ita hab3 velle reſpectu oppoſitoꝝ. et p cõſequens triſticia3 ſi accidãt. Quo ad pmũ iſtoꝝ aĩa chriſti nõ triſtabat. ſ. de carentia aut impfectõe fruitiõis ſue. quia nunq̃ ſibi illa euenit. Perfectiſſime ſiquidẽ etia3 in morte fruebat portio illa in chriſto diuĩa eſſentia. Cõgruũ nãq nõ erat vt ipẽ minus ↄiungeret fruitiue p id quo alios meruit frui ↄiũgi Ita nec de peccato ꝓpo triſtabat. qm̃ peccatũ nõ fecit. nec eſt inuentus doluſ ĩ ore ei⁹. j. Pet. ij. Et ad Heb. iiij. Temptatũ p om̃ia p ſimilitudine abſq peccato. Triſtabat autẽ vehementer ſm hanc portionẽ ſuperiorẽ pro peccatis omniũ hominũ pteritoꝝ. pſentiũ ⁊ futuroꝝ. Siquidem p omnib⁹ ſatiſfecit q̃tũ ad ſufficientiã Vñ ea quaſi ſibi aſcribit ps. verba delictoꝝ meoꝝ. Habuit eñ volitõnem reſpectu oim pdictoꝝ vt dei offenſorũ et ↄtemptuum. ⁊ tamen apprehendit ea vt cõmiſſa vel cõmittenda. ne dum cognitõe matutina in verbo ſ3 cognitione infuſa. qua etiã vt viator om̃ia nouit pterita et futura clari⁹ om̃ib⁹ ꝓphetis. q2 ſpm̃ recepit non ad mẽſurã in dono charitatis ſed ĩ omnib⁹ donis excellentiſſime. ſicut Eſaias pdixit. Requieſcet ſup eum ſpũs dñi. ſpũs ſapiẽtie ⁊ intellect⁹ ⁊c. Eiuſdem. xj. Ideo ex pmiſſis ſeq̃batur triſticia. Affuit aute3 hec triſticia maxima int omnes triſticias hui⁹ vite. exceſſit nãq om̃e3 dolorẽ cuiuſlibet ↄtriti ineſtimabiliter huiuſcemodi triſticia ĩ chriſto. Tum pmo quia p peccatis totius mundi triſtabat que innumerabiliter plura fue-

rūt peccata q̄ꝫ peccata cuiuſ cūqꝫ cōtriti. Hinc ꝑ Eſaiaz capi.liij. dicitur. Om̄es q̄ſi oues errauimus. vnuſquiſqꝫ in viam ſuam declinauit. Et dn̄s poſuit in eo iniquitatem omniū noſtrū. Oblatus eſt quia ipſe voluit. ⁊ nō aperuit os ſuum. Sicˉ ouis ad occiſionem ducet̄. ⁊ quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Et Ambroſius ſuꝑ Lucam. Legim⁹ q̄ peccata noſtra portat ⁊ pro nobis dolet. Doles ergo domine non tua ſed mea vulnera. nō tuam mortem. ſed noſtrā infirmitatē. Scd̄m Scotū Triſtaris de peccatis meis naturam meā vulnerantibꝫ non de tuis. Hinc ſequitur Et nos eſtimauim⁹ te eſſe in doloribꝫ cum tu non pro te ſed pro me doleres. infirmatus em̄ es. ſed ꝓpter peccata noſtra. Et ſequit̄. Et quid mirum ſi ꝓ omnibuſ doluit q̄ pro omnibꝫ fleuit. Quid mirum ſi moriturus ꝓ omnibꝫ tedeat qui Lazarū reſuſcitaturus illachrymat̄. vt quia ī carne ſua peccata noſtra premebat. merorē quoqꝫ anime noſtre ſuo merore aboleret. Hec Ambroſius.

Tum ſecundo quia peccati maliciā cūctis clarius cognouit. Tanto em̄ plus quilibet deteſtat̄ peccatū et pl⁹ ſibi diſplicet quanto ꝑfecti⁹ maliciam peccati ponderat ⁊ dignitatē dei ſummi boni qui eo offenditur ac cōtemnitur. Sed dn̄s Jeſus etiā ſm̄ humanā naturā per plenitudinē ſapientie ſibi ↄcreate diſtinctiſſime nouit peccatoꝝ indignitatem. diuine maieſtatis cōtemptū. peccatorum deteſtabilē ingratitudinem. ⁊c̄. que in eo maxiaz cauſabant triſticiam et diſplicentiam peccatoꝝ et peccantiū. Hinc Bern̄. in ſmone de natiuitate declarat q̄ chriſtus per ea que paſſus ē nobis grauitatem peccatorum aperuit. quā ꝑmus homo nō cognouit. Tum tertio. quia triſticia ſua ex maiori charitate dei proceſſit. ex qua dolor contritionis vt Thomas dicit auget̄. Quāto em̄ dilectio dei maior eſt in aliquo tanto magiſ triſtatur de offenſa et contemptu dilecti. Sed nunq̄ꝫ aliqua creatura habuit vel habitura eſt tantam charitatez ſm̄ legem dei ordinatam quan

tam habuit christus. De cu/ius charitatis et gratie ple/nitudine omnes accepimuſ Johan. j. Quare plus om/nibus diſplicuerūt ſibi pec/cata humani generis. ꝛ gra uius inde triſtabatur. Et ꝙ uis pro omniū peccatis ge/neraliter triſtabatur. ſpecia liter tamen exaggerabat tri ſticiam eius peccatum ꝛ in/gratitudo illius populi pe/culiaris ſingulariter electi. et innumeris beneficijs nu triti. Que ſummatim Chry ſoſtom⁹ in omelia. xxxix. re/citat dicens Pre ceteris om nibus hominib⁹ noua que/dam et magnifica eis vite in ſtituta ſunt tradita. Jn me/dio mari ſiccum iter apertū eſt eis. et in quo ipſis fuit ſa/lus. ibi inimicis eorum in/teritus. Quadraginta anniſ in deſerto non arando neq̃ ſeminando vixerunt. Labo rem meſſis et aree neſcierūt Omnis mole eis et coquen di panis neceſſitas nō fuit. Feminas quoq̃ eorū nul/lā texendi ſolicitudo cōſtrin xit. mercandi cauſa nō inſti/tit. macellum nūq̃ pro com parandis carnibus requi/ſiuit. Sed ſuper hec omnia fuit verbum dei. et parauit eis menſam in deſerto. labo ris et ſud oris expertez. Nec enim fuit natura manne. ci/bus quotidie nouus. ꝛ ſapo rem ſui pro deſiderijs veſcē tium ſub miniſtrans. Sed et indumenta eorum et ſcal/ciamenta et ipſorū etiā cor porum natura oblita eſt in/firmitatis ſue. Omni nanq̃ illo tempore neq̃ indumen ta attrita ſunt eis. neq̃ fuit ī illis infirmus. medico nul/lus indiguit. medicamenta nemo queſiuit. Eduxit eniz eos in argento inquit et au/ro. et non erat in tribub⁹ eo rum infirmus. Sed quaſi qui iam reliquiſſent mun/dum hunc. ꝛ in alium melio rem preſtantioremq̃ trāſiſ/ſent. ita eis cibus et potus abſq̃ labore. et ſolicitudine ex verbo dei prebebatur Et quod fuit ſuper omne mira culum. ne forte acrior radi/us ſolis adureret. vmbra de ſuper per diem tegebantur. ꝛ cum ipſis quocunq̃ abiſ/ſent circumferebātur tecta iſta celeſtia. Sed nec nocteſ quidem abſq̃ ſolacio relin/quuntur. Lampas nanq̃ eis ignis ꝟbo dei accenſa lu cebat. q̄ nō ſolū illuminādi.

verũ ex itineris oſtendendi
miniſteriũ p̄bebat in deſer/
to. Quid vero de ſequēti di
xerim petra. aquaꝝ fluuios
emittente. quid de multitu/
dine auiũ. que denſitate ſui
terrā texerūt vniuerſaꝫ. Nā
in egypto que facta ſunt mi
rabilia quid repetam Quid
virtutes que ꝯſummate ſūt
in deſerto. bella. orationes.
geſta. ꝛ victorias ſola dei in
uocatōe queſitas. Non eniꝫ
vt pugnantes ſed ut choros
agentes manu ꝓtectōis tri/
umphabāt. Id aūt quomō
narrabo. ꝙ quia egyptum
aquis ꝑ ſe pugnantibꝫ ſtra/
uerat. muros hiericho ī vo/
ce pſalmoꝝ tubaꝝqꝫ deiẽci/
unt. ita vt aduerſariis pſal/
lentiū magis chori qꝫ exerci
tus viderenť hoſtiles. ꝛ qui
miſteria magis viderenť qꝫ
bella eis exhibere. Hec aūt
ſigna ꝛ ꝓdigia nō ob hoc fie
bant ſolum. vt vſus ꝑplo tm̄
videreť expleri. ſed vt ꝑ hec
doctrina agnitiōis dei. quā
moyſe tradente didicerant
firmi⁹ in eoꝝ cordibꝫ ꝛ tena
cius adhererent. hec eīm om
nia voces erant quedā deuꝫ
celi ꝛ vniuerſitatis dominũ
p̄dicantes. Sed ꝛ mare hoc

clamabat dum pedibꝫ trāſi/
retur. hoc etiā cum extīgue/
ret aduerſarios. hoc ille aq̄
in ſanguinē verſe. hoc irrup
tio ranaꝝ p̄dicabat. hoc ex/
ercit⁹ locuſtaꝝ. ꝭ eruca ꝛ cy/
niphes. ꝛ oīa illa que ge/
ſta ſunt ſiue in egypto ſiue ī
deſerto ꝓdigia nunciabant
Manna ipſum et colũna ig
nis atqꝫ coturnicũ multitu/
do. ꝛ omnia illa libri quidā
erant illis ꝛ littere que dele
ri nūqꝫ poſſent. nec de ꝯſciē
tie eorũ paginis aboleri. q̄s
haberent ſemꝑ in cordibus
ſuis. Hec Chryſoſt. Que ſi
pauca videanť. addamus et
illud quod ipe dn̄s celi ꝛ ter
re poſtqꝫ gentes innumeraſ
per angeloꝝ ſuoꝝ miniſteri
um ſtrauit. eos ad terrā pro
miſſionis. terrā vtiqꝫ optiaꝫ.
lacte ꝛ melle manantē. quaꝫ
eis in poſſeſſionem dederat
introduxit. in ea ab hoſtium
incurſionibꝫ ꝓtexit in manu
forti. vt patet. iiij. Regū. xix.
de ſennacherib. Ut eos etiā
a poteſtate dyaboli p̄ncipa/
literqꝫ totũ genus humanũ
eriperet. de eoꝝ ſemine hūa
nam naturaꝫ aſſumere dig/
nat⁹ eſt. in hoc eos ſuꝑ cun/
ctas tribꝫ terre nobilitans.

inter eos cõuerſatus eſt.eis oreꝓprio euangeliū regni p̄dicauit.īfirmos ſanauit.cecos illumiauit.claudos erexit.demones fugauit. lepro ſos mundauit. mortuos ſuſcitauit.ꝛ vniuerſorum languores abſtulit. Poſt hec alia ꝙ innumera euidentiſſima diuine virtutis inſignia.ꝛpoſt vniuerſam gloriā que eis ſuꝑ cunctos mortales data eſt.infideles extiterunt ꝛ ingratiſſimi.ita vt nō ſolum receptoꝝ obliuiſcerētur bonoꝝ ſed etiā tantū benefactorē crudeliſſima morte occidendū inter medios latrones turpiter patibulo affixere. Quod peccatū omnia vincit peccata. vt Bern̄. ait ſermone de paſſione.qm̄ uiri impij ſacrilegas manuſ in dei filiū iniecerunt vt crudeliſſimi hoīcide.imo ſi vas eſt dicere deicide. Pro h̄ ita ꝙ peccato et pro ſui grauitate amplius ſalus omniū triſtabatur. Hinc Ambroſius ſuꝑ Lucaꝫ. Nec illud diſtat a vero ſi triſtis erat ꝓ pſecutoribꝫ ſuis quos ſciebat inmanes ſacrilegij penas ī ipſum illaturos. Adhuc autē ſpecialius ꝛ amplius ꝯtriſtabatur pro iniquitate ꝛ īgratitudine futuroꝝ malorum chriſtianoꝝ.quoꝝ tanta maior eſt ingratitudo q̄ꝫto plura ꝛ maiora bona receperūt a chriſto. Siquidem repudiatis iudeis.in filios dei ꝛ coheredes chriſti adoptati ſunt.ab onere legis quo iudei tenebant ſoluti.ſacramētis gratiam effluentibꝫ quibus iſti caruerūt dotati. nō manna de celis ſicut illi ſed eo quod ſupra celum eſt p̄cioſiſſimo corpore ꝛ ſanguine filij dei paſti. Quanto denicꝫ nō ſufficit eis chriſtū ſemel crucifixuꝫ ſed ſicut apoſtolus Hebreoꝝ.vj.ait.rurſum ſibimetipſis crucifigentes filium dei et oſtentatui habētes. De hoc quocꝫ Rabanus ait. Uidebat dn̄s ad augmentū doloris ſui ſanguinem ſuum tam viliter et inutiliter effundenduꝫ. ꝙꝫ ſic inuanuꝫ laboraret vt tūc vix vnū latronem acquireret.vnuꝫ apoſtolū perderet. videbat iteꝝ a p̄ſentibꝫ ꝛ futuris generalem ingratitudinem ꝙ etiam a chriſtianiſ tanꝙ mortuus a corde dandus erat obliuioni.ꝙꝫ pauciſſimi de tanto beneficio ſi

bi gratias acturi erant. ſed
peſſima viciſſitudine mala
pro bonis .ita ꝙ ſi pati iterū
poſſet. peiora a malis chri/
ſtianis paſſurꝰ fuiſſet ꝙ̄ nūc
a iudeis. Nouit eñ ꝙ ſuper
dolorem vulneꝝ eiꝰ addētes
p̄uaricationes plagas ſuas
quotidie renouaturi iteruꝫ
crucifixuri erant et oſtenta
tui habituri. Sꝫ adhuc ſpe
cialiſſime triſtabatur ꝺ caſu
ac diſperſione diſcipuloruꝫ
et ceteroruꝫ amicoꝝ qui eū
deſerturi erant in eiꝰ paſſio/
ne.ſcandalum paſſuri dum
eū vt hoieꝫ mori viſuri erant
ac de eius diuinitate dubi/
taturi.maxime autem ꝺ pec
cato proditionis ac deſpera
tionis iude vniꝰ ex duodecī.
De hoc Ambroſiꝰ ſup Lu/
cam. Triſtis videbaƭ et tri/
ſtis erat nō ꝓ ſua paſſiōe ſed
pro noſtra diſperſione. De/
niqꝫ ait. Percutiam paſtorē.
et diſpergentur oues gregꝭ.
Triſtis erat quia nos par/
uulos relinquebat. Et Ra/
banus ſup Matth .que di/
cta ſunt ſimul complectens
ait. Contriſtabaƭ nō timore
patiendi qui ad hoc venerat
vt pateretur.et Petrū timi/
ditatis arguebat.ſꝫ ꝓpter in
feliciſſimū iudam et ſcanda
dalum omniū diſcipulorū.
ꝛ eiectionē populi iudeorū.
et euerſionem miſere hieru/
ſalem. Unde et Jonas ſup
ariditate cucurbite vel he/
rede ꝯtriſtabaƭ.nolens peri
re quondam tabernaculuꝫ
ſuum. Quomodo autem ac
cipiendum eſt. ꝙ ꝓ ſua mor
te non triſtaretur infra pate
bit ſtatim. Ecce patet vtcū/
ꝙ̄ quanta triſticia repletus
ſm portionē ſuperiorem de
peccatis non ſuis ſed homi
num pro quibꝫ hac ſua triſti
cia et paſſionis ſue dolore
abundantiſſime ſatiſfecit.
Uideamus quam triſticiaꝫ
habuit ratione alioꝝ malo/
rum ſuo ſuppoſito vel ſuorū
delictoꝝ contingentiū .cu/
iuſmodi ſunt mala nō culpe
ſed pene. Et p̄mo de his q̄ i
ſua pſona pertulit. vbi p̄mo
hoc certum eſt. ꝙ quecunqꝫ
paſſus eſt et mortē ꝛ vulne/
ra corporis.ſed et triſticiā ꝛ
dolorem mentis ſimpliciter
pati voluit ſm voluntatem
ſuperioris portionis. imo ꝛ
inferioris .nulla neceſſitate.
ſed ſola miſericordi volūta/
te ſponte aſſumpſit. vt ſic di
uino honori pro noſtris of/
fenſis ſatiſfaceret.et huma/
num genus perditū libera/

ret. ſicut allegatu3 eſt ſupra
Eſaie.liij. Oblatuſ eſt quia
ipſe voluit. ꝛ nō aperuit os
ſuum. Sicut ouis ad occi-
ſionem ducet. et quaſi agnꝰ
coram tondente ſe obmute-
ſcet. ꝛ non aperuit os ſuum
Et Ambroſius ſuper Lu-
cam. Ceterum qm̄ ꝯſtanter
ſe morti obtulerat ſcriptura
declarat. quandoquidē que
rētibꝫ occurrit. turbatos cō
firmauit. et trepidos prouo
cauit. proditorem oſculi di
gnatione ſuſcepit. Et ideo ꝺ̄
his om̄ino nō doluit. tanꝙ
de rebus per eum ſimplici-
ter volitis. Et ſic intelligen
de ſunt autoritates Auguſti
ni Ambroſij Hieronimi hy
larij et alioꝝ. dicentiu3 xp̄m
de morte ſua nō ꝯtriſtatum
nec vere timuiſſe. Ait enim
Auguſtinus. et allegat ma-
giſter diſtinctione .xv. li. iij.
Nō vere dominus mori pa
ticꝫ timebat tertia die reſur
recturus. cum gauderet diſ
ſolui Paulus et eſſe cū chri
ſto. Non enim fortior eſt mi
les ꝙ imperator. Miles er
go coronandus gaudet mo
ri. et dominꝰ coronaturus ti
met mortem. Et ideo erube
ſcant qui putant ſaluatore3
timuiſſe mortē. et paſſionis
pauore dixiſſe. Tranſeat a
me calix iſte. Non hoc dictū
eſt quaſi de paſſione ſua nō
timuerit ꝛ contriſtatus fue-
rit. ſed quia non ſicut nos
quaſi de re ſimpliciter noli
ta et non magis ſponte acce
pta. Ideo ſtatim poſt predi
cta verba ſubdit Auguſtinꝰ
Triſticiā ſic aſſumpſit qūo
carnem. Fuit em̄ triſtis vt
euangelium dicit. Si enim
triſtis non fuit. cum euan-
geliū dicat. Triſtis eſt ani-
aīa mea vſqꝫ ad mor. ꝙ et qn̄
dicit. dormiuit ih̄s. n̄ dormi
uit. vel qn̄ ꝺ̄r mādcaſſe nō
mādcauit. et ita nihil ſanū
relinquitur vt dicatur etia3
quia corpus eius non erat
verum corpus ſed fantaſti-
cum. quia omnino talia fri-
uola ſicut. Quicq̄d ꝙ de illo
ſcriptū eſt. verū eſt et factu3
eſt. Ergo triſtis fuit. ſed vo-
luntate triſticiam ſuſcepit
veram quomodo voluntate
carnem veram. Triſtis er-
go. quia pati voluit. non de
ſua paſſione tanꝙ de re vo
lita triſtiſ fuit quomodo de
peccatis noſtris ac de diſci
pulorum ſcandalo. vt ſupra
dictum eſt. triſtabatur. Et

propter hoc Hilarius ait. Dicit euangeliſta chriſtum non ꝓpter mortem. ſed vſqꝫ ad mortem triſtē fuiſſe. His verbis īterrogo quid ſit triſtem eſſe vſqꝫ ad mortem. qꝛ vbi propter mortē triſticia eſt. illic mors cauſa triſticie eſt. Ubi vero triſticia vſqꝫ ad mortem. ibi mors nō triſticie cauſa eſt ſed finis. Nō ergo ſibi triſtis eſt. ſed illis qui in ſcandalo per infirmitatem carnis erant futuri. quos monet orare. ne inducantur in temptatōem. quia ante polliciti erant ſe nō debere ſcandalizari. Triſtabatur itaqꝫ de peccatis noſtris et de diſcipulorꝫ ſcādalo ꝛc̄. tanqꝫ de re ſimpliciter nolita voluntate humana. non ſic de ſua paſſione. quā omnino voluit. Unde et hec ſequendo videt̄ ꝙ maior erat triſticia ſua pro peccatis noſtris aſſumpta qꝫ de morte ſua. quoniā ſimpliciter nolitum dum accidit plus cōtriſtat qꝫ volitū ſimpliciter volitum aūt ex conditōe vel naturaliter. Nunc ad ꝓpoſitū videamus quomodo cō triſtabatur de paſſione ſua et morte. Et dicendum ſm Scotum vbi ſupra. ꝙ licet paſſio chriſti ꝛ mors fuit ab eo ſimpliciter volita. fuit tamen volita ex conditiōe. Noluiſſet enim portio ſuperior voluntatis chriſti paſſionē ſuam ſi homo lapſus ſm ordinem diuine ſapientie ꝛ iuſticie hac pro ſua reparatione nō indiguiſſꝫ. ſi eque omnia iuſta proſpera ꝛ p ſe appetibilia fuiſſent ſine ea. Qđ ſic patet. Nam ſm Auguſtinum libro tertio de trinitate. cap̄. vij. Juſtus licet per fortitudinem paratus ſit recipere et equo ferre animo quicquid aduerſitatis acciderit. mauult tamen vt non accidat. et ſi poteſt facit. ꝛ paratus eſt in vtrūqꝫ. vt quantum in ipſo eſt alterū optet. alterū vitet. et ſi quod vitat̄ incurrerit ideo volens ferat quia fieri nō potuit qđ volebat. ſupple qꝫtum in eo fuit. Et ex illo probat nullū hic poſſe eſſe beatum. qꝛ nō poteſt habere hic quicq̄d vult. poteſt em̄ hic pati aduerſa. quod nemo vult qꝫtū in ip̄o eſt. Ad idem eſt illud phi. iij Ethi. c. xix. Mors et vulnera triſtia forti et volēti erūt. ſuſtinet aūt hic qm̄ bonū vl̄

nõ turpe. et q̃to vtiq̃ magis virtutẽ habeat omnẽ et felicior ſit. tanto magis in morte triſticia erit. Qđ nõ ẽ niſi ex eo. quia q̃tum in ipſo eſt vult oppoſitum. Ratio ẽ. q̇a obiectũ patientie non videt̃ ſm ſe eligibile. propt̃ quod nec beati id eligunt. Noluit ergo ↄditionaliter xp̄s ſuaꝫ paſſionem ⁊ mortẽ. idcirco de illa triſtabat̃ quaꝫ nouit de proximo imminere. Tanto aũt maior fuit hec triſticia q̃to id qđ amiſſum eſt, vita .ſ. chriſtus fuit dignus atq̃ magis dilectũ. Digniſſima fuit chriſti vita. quia ꝑſone diuine. ſine ꝓportione dignitatẽ vite cuiuſlibet hominis licet ſanctiſſimi excedens. Fuit deniq̃ maxime dilecta. Tanto em̄ virtuoſus plus diligit vitam ſuaꝫ ſm ph̄m. iiij. ethic̃. quãto eã nouerit meliorẽ ac digniorẽ Ideo nulli⁹ vita ita fuit alicui dilecta ſicut xp̄o vita ſua et ꝑ ↄſequens priuatio triſtior. Hinc vt ſupra allegatum eſt ꝑ Hieremiam dicit Dedi dilectã animã meã in manus inimicoꝝ Nec impedit q̇ poſt triduũ fuit reſumẽda. quia de amiſſione talis vite etiam ad vnã horam plus eſt dolendũ q̃ de amiſſione alterius hominis ꝑ tẽpus etiam quantũcunq̃. vt dicit Thomas tertia parte ſumme. q. xlvj. arti. vj. in ſolu. iiij. Et ſimile dicendũ de doloribꝫ acerbiſſimis. infamia. blaſphemia. de quibus tanto plus triſtabat̃ quãto perſone ſue hec ĩdigniſſima fuerũt. Triſtabat̃ et de his volũtas ſua vt natura. quia vt infert Scotus vbi ſupra Voluntaſ vt natura. appetit bonũ cõmodum totius perſone. quoniã ipſa eſt potiſſime appetitus hominis. ſicut ſuperior cognitiua in homine dicitur ſimpliciter cognitiua eius. ꝓpter naturalẽ etiam colligantiaꝫ voluntatis cum parte ſenſitiua appetit bonũ cõmodum omnibꝫ inferioribꝫ potentijs. et iđo cõ delectatur ſenſui ⁊ compatitur. Cum ergo maxima incõmoda et potentijs ſenſitiuis ⁊ toti perſone acciderũt .ſ. diſſolutio ꝑſone digniſſime per mortem. ⁊ corruptio doloroſiſſima organoꝝ ⁊ ita potentiaꝝ ſenſitiuaꝝ. ſequitur q̇ de his voluntas chriſti vt natura de ſua paſſione

maxime triſtabatur. Ex his
ſatis patet quantuz triſticia
afflixit portionem inferiorẽ
voluntatis.cum tantum cõ
triſtata,ſit portio ſupꝛioꝛ vbi
minus triſticia locũ habuit
Nihil dubium quin omni/
bus ſuper oꝛibuſ modis tri
ſtata eſt. et foꝛte etiam aliis
que nunc reſcindo. Triſta/
batur nihilominus de ma/
lis penis pene ceteroꝛũ ho/
minum. de miſeria moꝛtis
quam genus humanum ex
parentum ꝓmoꝛum pecca/
to incurrerat. de moꝛtibus
martirum. ac de omnibꝫ ma
lis pene quoꝛũcunqꝫ homi/
num pꝛeſentium et futuroꝝ
quia hꝫ om̃ia voluit ſub con
ditione. ſicut paſſionem ſuã
licet ſe confoꝛmando diui/
ne voluntati ſimpliciter vo/
luit. De hoc Ambꝛoſius ſu
per Lucam. Et foꝛtaſſe ido
triſtis eſt. quia poſt lapſum
tali tranſitu erat ex hoc ſecu
lo recedendus vt moꝛi eſſet
neceſſe. Deus em̃ moꝛtẽ nõ
fecit. nec letatur in perditio
ne viuoꝛum. et ideo faſtidit
quod ipſe nõ fecit. Quid ei
mirum ſi pꝛo omnibus do/
luit qui pꝛo vno fleuit Quid
miruz ſi moꝛiturus pꝛo om
nibus tedeat qui Lazarum
reſuſcitaturus illachꝛyma/
tur. Et ſequitur. Triſtis
erat non pꝛo ſua paſſione ſꝫ
pꝛo noſtra diſperſione. Ait
enim. Percutiam paſtoꝛem
et diſpergentur oues gregꝭ.
Triſtis erat, quia nos par/
uulos relinquebat. Et Au
guſtinus de eadem domini
illachꝛymatione ait. Mo/
uere autem quẽpiam poteſt
quomodo flebat moꝛtuum
ſe iubente continuo moꝛitu
rum. nõ moꝛtuũ flebat quez
ipſe ſuſcitabat. ſed moꝛtem
quam ſibi homo peccando
comparauit. Si em̃ pecca/
tum non pꝛeceſſiſſet. ſine du
bio moꝛs ſecuta non fuiſſet.
Qui deniqꝫ mala pene vniꝰ
gentis ac ciuitatis hieruſa/
lem ſuis diſcipulis non niſi
lachꝛymis compaſſiõis pꝛe
dicere voluit. Luc̃. xix. Dico
vobis. quia ſi hi tacuerit. la
pides clamabunt. Et vt ap/
pꝛopinquauit. vidẽs ciuita
tẽ fleuit ſup illam dicens. qꝛ
ſi cognouiſſes et tu. Et qui/
dem ĩ hac die tua que ad pa
cẽ tibi. nũc autem abſcondi
ta ſunt ab oculis tuis. quia
venient dies. ꝛc̃. manifeſte
ſignificauit q̃tuz ſe ꝑ malis

totius humani generis ipſe
qui mala venit tollere cõtri
ſtauit. Augmentabant hanc
triſticiam maloꝝ pene mul/
tiplicitas ac numeroſitas.
cognitionis eorũdem clari/
tas. ac dilectionis ſue q̃ nos
dilexit nimietas. Plus eniꝫ
chriſtus ordinata dilectõne
dilexit quecunqꝫ q̃ȝ aliquis
ſeipſum. cum pro ſalute om/
niũ et cuiꝰlibet ſeipm̃ tradi
dit in mortis ignominiam.
Unde videtur ꝙ de cuiuſlibet
penis plus ipſe triſtatus eſt
q̃ȝ quicũqꝫ ordinate de pro/
pria. Ecce hec fuere cauſe
cur dominus ſm ptẽ intel/
lectiuaꝫ triſtatus eſt vſqꝫ ad
mortem. Supereſt nunc
videre de exteriore dolore:
ex huius triſticia ratõnis in
ſenſu cauſata. Cepit nanqꝫ
dñs ne dum triſtis eſſe. ſed
etiam tedere. pauere. qđ ad
ſenſuum pertinet dolorem.
Deniqꝫ etiam hunc in ſenſu
fuiſſe. ſanguineus declarat
ſudor. Dominus itaqꝫ paſ/
ſionem ſuaꝫ de proximo im
minentẽ cum omĩ ſua acer/
bitate et ignominia. cetiſqꝫ
ſupradictis clare cognouit
nõ minus q̃ȝ dum actu pa/
teretur. ſaltẽ eũ abſtractiue

hanc apprehendit ſenſus in
terior per virtutem fantaſt
cam. ſicut et nos de rebꝰ ſen
ſibilibus futuris aliquid p̃
dicimꝰ. Appetitus vero ſen/
ſitiuus hanc paſſionem per
ſenſum tanqꝫ diſconueniẽs
ſummum preſentatum. tan
quam terribiliſſimã exhor/
ruit. et quoad potuit refugit
Et quoniam vt iam immi/
nens certe et infallibiliter p̃
ſentata eſt. ex diſſenſiõe ma/
xima appetitus ſenſitiui ſeq̃/
batur inexcogitabilis dolor
in parte ſenſitiua. ſicut ſi ali
quis audiret ſe ſubito iam
capiendum. dimembrandũ
et qualibet intolerabili pe/
na diſcerpendum. rigeſce/
ret continuo. palleſceret. et
propter nimiam triſticiam
et timorem quaſi iam p̃mor
tuus ſenſum ꝑderet et loque
lam. Dolor iſte auctus eſt
ex paſſionis acerbitate cla/
re cognita ex omnibus cir/
cũſtantijs infra ſpecifican/
dis. Ex eius generalitate et
omnium membrorum affli/
ctione. ex eius diuturnitate
et etatis vigore. et cetera hu
iuſmodi. Auctus eſt etiam
ex aſſumentis benigniſſima
voluntate. Nam vt dicit

Thomas in tertia parte ſū/
me.q.xlvj.arti.vj. Dominuſ
aſſumpſit dolorem volunta
rie propter finem liberatio/
nis hominū a peccato. Jđo
tantam doloris quantitatē
aſſumpſit que eſſet ꝑporcio/
nata magnitudini fructus
qui inde ſequebatur. Unde
aſſumpſit triſticiam et dolo
rem maximū quantitate ſm
regulam rationis non exce/
dentem. Et quāuis minor
dolor ſatiſfeciſſet pro pecca
tis omniū hominū propter
perſone infinitatē hunc pa/
tientem. voluit tamē genus
humanū liberare a peccatiſ
non poteſtate: ſed iuſticia.
Jdeo nō ſolum attendit q̃ꝫ/
tam virtutem haberet do/
lor eius ex diuinitate vnita.
ſed quantus ſufficeret ſcđm
humanam naturam ad tan
tam ſatiſfactionem. Et hoc
videtur ſic intelligi poſſe ꝙ
dominus non contentꝰ fuit
pati pro nobis dolorē quē
leſio exterior ſibi inferre po
terat. ſed vt eſſet plenior ſa/
tiſfactio pro peccatiꝭ noſtris
auxit dolorem. et ſponte tan
tum aſſumpſit quantū pro
totius mundi peccatis ꝛ in/
numerabilibꝫ hominū fore

factis ſm diuinam ſuam ſa
pientiam ꝛ iuſticiam ſuffice
re recognouit. Auctus ē de
niqꝫ ex puritate doloris ꝛ cu
iuſlibet conſolatōnis imper
mixtione qualis in ceteris
dolentibus mitigationem
aliquam ſolet afferre. Sed
de hoc dicetur infra ī quar
to verbo in cruce prolato.

Attendamus nunc di/
lectiſſimi innocentiſſimum
dominum. angelorum leti/
ciam. et celorum gaudium
propter noſtra delicta. tan/
ta vt audiſtis triſticia et do
lore affectum coram dilec/
tis diſcipulis ſuis tremen/
tem et pauentem. puta ꝛ pal
lentem. ipſamqꝫ triſticiā ver
bis et ſignis declarantem.
triſtemur et nos pro noſtriſ
peccatis que domino tanti
fuere cauſa dolorū. Verita
tē doloris vehemētiſſimi ꝛ
triſticie vſqꝫ ad mortē nobis
īſinuat ꝑlixa dñi orō. Inti/
mata nāqꝫ petro iacobo ꝛ io
hāni triſticie ꝛ doloris mag
nitudine. ait eis. Suſtinete
hic expectando. et vigilate
mecum tanquā amici ſpe/
ciales. pre ceteris mihi ī an/
guſtijs aſſiſtendo. quia id
pre ceteris pollicebamini.

Petrus nanqꝫ animoſitate
audaci ꝑmiſit. Et ſi omnes
ſcandalizati fuerint ī te. ego
nūqꝫ ſcandalizabor. Et ite-
rum. Et ſi oportuerit me cō
mori tibi nō te negabo. Ja-
cobꝰ deniqꝫ ꝛ Johannes ca
licē paſſionis ſe bibere poſſe
profeſſi ſunt. Matth. xx. et
quia familiariꝰ vos foui. ſe-
creta mea plus aliis reuela-
ui in tranſfiguratōne Mat.
xvii. in filie ꝑncipis iairi ſu-
ſcitatōne. Luce. viii. Juſtuꝫ
eſt vt agonem meū ſuſtinea
tis vel ſaltem mecū ↄſtanter
videatis. Parem ſecū vigi-
lantiā imperat quibꝰ eadem
paſſio imminebat. Et ꝓgreſ
ſus puſilluꝫ. auulſus eſt ab
eis qꝫtum eſt iactus lapidis
et procidit in faciem ſuaꝫ et
orabat. Abba pater. omnia
poſſibilia ſunt tibi. tranſfer
hunc calicem a me. ſꝫ nō qđ
ego volo. ſꝫ qđ tu. Orat nūc
dn̄s ieſus. ſꝫ hactenus legit
oraſſe pluries ꝓ nobis. aut
tāqꝫ aduocatus noſter. Nā
et in hac ipſa nocte. priuſqꝫ
exiret in monteꝫ oliueti. pa-
trem pro diſcipulis ꝛ credi
turis omnibꝰ pariter orauit
Pater ſancte inqͥt. ſerua eoſ
quos dediſti mihi. ſanctifi-
ca eos in veritate. Non pro
his aūt rogo tantū. ſed etiaꝫ
ꝓ eis qui credituri ſunt per
verbū eoꝝ in me. vt omnes
vnum ſint ſicut tu pater in
me ꝛ ego in te. vt et ipſi in no
bis vnū ſint. vt credat mun
dus quia tu me miſiſti. ꝛc.
Joh. xvii. Nunc aūt videa-
mus ꝓfundiſſimā humilita
teꝫ ſuā. Cum ſit deus. patri
ſuo coeternꝰ ꝛ ꝑ om̄ia coeq̄l'
oblitus videt' ſe deum eſſe.
nō ſtat. non genuflectit. ſed
ſolotenus in faciem totꝰ pro
cidit quaſi ſenſualitatis ſue
compatiens. aduocatꝰ vehe
mentiſſime eiꝰ anguſtie cau-
ſam patri ꝓponens orat. vt
Marcus ait. ut ſi fieri poſſꝫ
trāſiret ab eo hora. Verum
ſenſualitatē ipām virtute ſu
peruincens. protinus addi
dit. Nō tamē ſicut ego volo.
ſed ſicut tu. Non qđ ego vo
luntate volo ſenſuali aut eti
am rōnali ↄditionata. ſꝫ ſic
tu vis ita fiat. ita volo ſꝫ por
tionē ſuperiorē ſimpliciter.
que a tua diuina voluntate
nūqꝫ diſcrepat. Orauit ni-
hilominꝰ et ꝓ infirmis mem
bris ſuis. quos paſſionis ca
lix temptaturus erat. Hinc
Hilarius. x. de trinitate ait.

Pro omnib⁹ vult trāſire ca
licem per quē erant temptā/
di diſcipuli.et ideo ꝑ Petro
rogatur.ne deficiat fides e⁹
Hinc ab oratione ſurgens
dominus venit ad diſcipu/
los ſuos ⁊ inuenit eos dor/
mientes. Qui ſomnus cor/
poris ſm Bedam prefigura
bat ꝙ in proximo grauandi
erant ſomno infidelitatis.
Ait ergo Petro. Simō dor
mis. Sic non potuiſti vna
hora vigilare mecū. Omneſ
dormiētes inuenit.et tm̄ pe
trum monet.qui pre ceteris
in ꝓpria virtute confiſus aſſi
ſtentiā promiſit vſq₃ ad mor
tem.et ſe nūꝗ̄ ſcandalizan/
dum fuerat gloriatus. Quē
tamen nō Petrum vocat qđ
caput ſonat.et ſibi vt prela
to a chriſto datum erat. ſed
ſimonem antiq̄ nomine ſuo
quod dolor meroris interꝑ
tatur.quia non opus prela/
ti.quod eſt vigilare.ſed me/
rore grauati dormiendo ex/
hibuit. Non potuiſti inquit
vna hora vigilare mecū. q̄ſi
diceret. non oſtendis facto
feruorem ꝙ̄tū verbo. Cog
noſce vel nūc infirmitatem.
ſi mecū vna hora prohiben
te ſomno orare nō preuales
quid facies morte imminen
te.quomodo hanc ſuꝑabis
tu qui pro me mori ſpopon
diſti. Et omīb⁹ trib⁹ ait. Vi
gilate.oculis mentis et cor/
poris.et orate. verbis cor/
dis et oris. vt nō intretis in
temptatōem.hoc eſt ſm Ra
banū.vt non temptatio vos
ſuperet. et inter ſuos caſus
teneat. Spūs quide₃ me⁹.
portio ſuperior.prompt⁹ eſt
ad paſſionis ſufferentiā. ca/
ro aūt infirma.timens dolo
rem paſſionis. vt dicit Re/
migius.quod cum ita ſit de
me qui poteſtatē habeo ani
mā meam ponendi ⁊ ſumen
di iterum.ꝙ̄to magis vobiſ
neceſſariū eſt orare ne intre
tis in temptatōem. Vel ſm
Theophilum et Rabanum
Spūs veſter promptus eſt
ad promiſſionem conſtātie.
ſ₃ caro veſtra infirma ad ſu/
ſtinendū imminentē paſſio
nem. Ideo vigilate et oret₃.
ne intretis in temptatione₃
Cōmonitis diſcipuliſ abijt
ſecundo.et orauit eundē ſer
monem ſm dictū modum.
Pater ſi non poteſt hic calix
tranſire niſi bibam illū. Fi/
at voluntas tua. Atteſtata
eſt orationis tam inſtans et

deuota repetitio magnitu-
dinem anxietatis triſticie et
doloris illius partis ꝑ qua
orauit. id eſt . ſenſualitatis.
Neq; ei pro re modica quiſ
quis ſapiens tam ingentes
tā q̄ inſtātes multiplicaret
preces. ⁊ maxime ſi ſe preno
ſceret non audiendū. Exau
ditus eſt a patre dn̄s Jeſus
ſm id quod dixerat. fiat vo
luntas tua. Non ſm id qđ
dixerat . tranſeat a me calix
iſte. Uenit iterum ⁊ inuenit
eos dormientes. Solus. in
quit Rabanus. orat pro om
nibꝰ. ſicut et ſolus patit̃ pro
vniuerſis. Langueſcebāt āt
et opprimebant̃ apoſtolorū
oculi negatione vicina. Un̄
ſequit̃. Erant em̄ oculi eoꝝ
grauati. Et relictis illis ite
rum abijt. et orauit tertio eū
dem ſermonem dicens. Pa
ter ſi vis transfer calicē iſtū
a me. Uerūtamen non mea
ſed tua voluntas fiat. Atten
dite dilectiſſimi q̄tum p ſin
gula tēporis momenta me-
ror ſaluatoris noſtri et do-
lor augetur. Ecce hos tres
diſcipulos tanq̄ fortibꝰ for
tiores elegerat vt agonē ſuū
ſaltē aſtando et orando ſecū
ferrent. quoꝝ tanta in eo fer
buit dilecto vt ꝑ eoꝝ conſo
latione ⁊ ammonitōne in re
arduiſſima orationez inter-
pellaret. ꝑ eis plus q̄ pro ſe
ipſo ſolicitus. ⁊ tamē nullaz
tanti amoris vicem in eis in
uenit. Sic torpor et ſomnꝰ
totiens excitatos oppreſſit.
vt nullo adhuc preſente per
ſecutore. nullo apparente ini
mico . laborem domini ad
horam ferre non poſſent. et
cum pro eis ſeſe in orationē
obedientiſſima volūtate pa
tri victimaret. ipſi iam ſe ca
ſuros ſomnolentia figura-
bant. Amaricauit plurimū
domini triſticiam . quia nō
modo prenoſcit impeti ab
inimicis. ſed ſe iam videt eti
am ab amicis electiſſimis
derelinqui. vident Judam
non dormire ſed feſtinare
ad exercitum ad colligen-
dum. vigilez in malo. ⁊ ami
cos ſuos pigritari in bono.
in quo figurata ſunt noſtra
periculoſa tempora . plena
dolo. fraude. et inquieta ſo-
licitudine. quibus pro tem
poralibus bonis ſuperabū-
dat iniquitas . et refriguit
charitas multorum. Et ve
re prudētiores ſunt filij hu
ius ſeculi in operibus ſuis

vanis q̃ꝫ filij lucis. qđ a dño
cogitatū. eum minimū ꝑtur
bauit. Pōderate vero quid
amplius ihesum ꝯtriſtabat.
ꝑſecutio inimicoꝝ. an dere/
lictio amicoꝝ. Sed cui om
nis hūana ſubtracta eſt cō/
ſolatio. angelus apparuit il/
li de celo ꝯfortans eū. Con
fortationē ſuſcepit ab ange/
lo ipſe qui angeloꝝ eſt beati
tudo. qui licet ꝯfirmatus in
gratia tanq̃ꝫ vere beatꝰ triſti
cia q̃ꝫtūcūqꝫ magna mutari
potuit ne dicā vinci. voluit
tamē ꝑ omnia fratribꝫ ſimi/
lari. ſicut aplꝰus Heb. ij. ait.
Et ſicut vere infirmatus ē.
vere triſtatꝰ. voluit nō ſper/
nere ꝯfortatiōem ꝑ angeluz
a patre miſſam. Confortatꝰ
itaqꝫ ſed tali ꝯfortatōne que
dolorē nō minuit ſed magiſ
puto auxit Confortatus eſt
ex fructus magnitudine nō
ſubtracta doloris amaritu
dine. Sic eñi ſcimꝰ. quia lu
gētes mortuos ex ꝯſolatōis
ꝟbo ſuꝑ defūctis ꝑ homīes
ꝯdolētes exhibita ad triſti/
ciam innouanꝭ. Qualia ta/
men verba fuere quibꝫ ꝯfor
tauit. euangeliſta ſubticuit.
fortaſſis vt querentibꝫ fideli
bus deuotio augeretur. Et

fortaſſis hec vel ſimilia per
angelū pater loquebaꝭ que
longe ante ꝑ ꝓphetas ſuos ꝑ̄
cinuit. Mi fili cariſſime tu
noſti quia charitate ꝑpetua
diligo te. in te mihi ſemꝑ bñ
cōplacui. ꝛ qđ maius eſt oī/
bus. oīa. ſ. que habui tibi
eternaliter dedi. ego ſemper
in te. ꝛ tu ī me manes vbiqꝫ.
quia cauſam peccatorū vo/
lēs tuā feciſti. exigit iuſticia
mea vt ſubtracta pauliſꝑ pa
terna ꝯſolatiōe. te vnicū me
um velut mortuū a corde ꝓ
iectum. ſeuiſſimis exponam
tormentis. ꝛ omnē peccato
rum vindictā in te vnum re
torqueā. Oīes quaſi oues
errauerūt. vnuſquiſqꝫ ī viā
ſuam declinauit. quia eorū
debita ſoluere deſcenderas.
ponam in te iniquitatē oīm
Percutiam te ꝓpter ſcelꝰ po/
puli mei. ꝛ conteram te in in
firmitate vt iuſte oībꝫ mi/
ſerear. tu ſolꝰ vniuerſa que
nō rapuiſti exolues. in vltio
nem peccati armabiꝭ cōtra
te vniuerſus orbis. Celum
cum aſtris lumen ſuuz ſub/
trahet. aer frigore nudatum
corpus tuū ꝯſtringet. terra
ſuo tremore viſcera tua mē/
bra ꝛ artus ꝯcutiet. aqua et

oīe qđ reſuccare poteſt in fel ⁊ acetū tibi ꝯuerteẜ. Tradam te inimicoꝝ tuoꝝ voluntati. quicq̄d furoris. quicq̄d doloris. quicq̄d ſeueritatis excogitare poterunt in te exacuendi licentiā dedi. ⁊ ipſis q̇bꝫ bū feciſti. quos a lāguoribꝫ ſanaſti. quos in peculiarem populū elegiſti. grauis eris ad videndū. te deſpiciēt blaſphemabūt illudētes cōſpuent flagellabūt. eris eis omniū viroꝝ nouiſſimꝰ. nō habitur ꝰſpeciez velut leproſus. vt a deo derelictꝰ. Erit qꝫ tibi hereditas tua crudelis quaſi leo in ſilua. morte turpiſſima te ꝯdemnās. implebo amaritudine aīaȝ tuā A v̄tice capitis vſqꝫ ad plantam pedis nō erit in te ſanitas vlla. Sꝫ ⁊ ab amicis derelinqueris. torcular calcabis ſolus. ⁊ de gentibꝫ vir nō erit tecū Oēs declinabūt ſimul inutiles facti. nō eſt q̇ faciet bonuȝ. non eſt vſqꝫ ad vnum. miſi tibi dilectiſſimā v̄ginē et matrē tuā. ipſa fidelit̄ adhebit vnico cordis ſui aſtabit d̄relicto. ignominiā videbit ī amaritudīe cordis ſui nec r̄cedet. ſꝫ nō ad ꝯſolationē tibi. q̇nimo ad augmētum triſticie ⁊ meroris. cuiꝰ vehementiſſima cōpaſſio te pluſqꝫ inimicoꝝ crudelitas vulnerabit. Sed eſto ꝯſtās fili mi. ⁊ ꝯfortare. qm̄ ſi poſueris ꝑ peccato animā tuā videbis ſemē longeuum. redemptōem multoꝝ. morteȝ tua morte mortuā. deuictū fortem armatū cuiꝰ auferes vniuerſa arma in quibꝫ confidebat ſimul cū ſpolijs ī tetro inferni carcere captiuatis. Quem quoqꝫ perditam quā volens queſiſti ſic ī proprijs humeris victor mortiſ peccatiqꝫ deſtructor ad et̄ne viriditatis paſcua reportab. Ecce ꝯfortatur quideȝ dn̄s ieſus ex paſſionis ſue fructu ſed ꝯtriſtaẜ amplꝰ ex tantarum penaꝝ auditu. Qđ idē euangeliſta ſubtiliter innuere videtur. cuȝ ſubdit. Et factus in agonia prolixꝰ orabat. Confortat eum angelꝰ et mox orabat prolixꝰ ī agonia factus. Factus enim in agonia. id eſt. vehementi pugna. quoniā per hanc quaȝ audiſtis confortatōnem ab angelo allataȝ excitata ſunt fantaſmata paſſiōis acerbitatē ⁊ mortis diſtincte repreſentantia. quam ſenſualitas

ipſa ſumme refugit. tota aīa
vt natura horruit. ratio ꝓ
q̄ꝫtū ad ſuperiorē eiꝰ portio-
nem volūtarie atq̄ꝫ affectuo
ſe acceptauit. vnde orta eſt
acerbiſſime pugne agonia.
ꝓpter quaꝫ prolixius orabat
ſuū agonem patri inſtantiꝰ
cōmendādo. Creuit pugna
⁊ ita inualuit vt eodem euā-
geliſta teſte. Factꝰ eſt ſudor
eius ſicut gutte ſanguis de
currentis in terrā. Eya cha
riſſimi nunc triſticie eiꝰ vſq̄ꝫ
ad mortē intenſe vehemētiā
hoc tertio et manifeſtiſſimo
ſigno ꝯſiderate. nunq̄ꝫ aliq̄s
martyꝝ nūq̄ꝫ aliq̄s quocun
q̄ꝫ ſupplicio exponendꝰ legit
ſudorē ſanguineū ſudaſſe. q̄ꝫ
uis plurimi iam tortoꝝ ma
nibꝫ traditi mortē penoſam
effugere deſperabāt. nec mi
rum. q̄m ⁊ ſi ceterorū multi
mortem ſibi imminere certe
cognouerūt. verūtamē mor
tis atq̄ꝫ doloris acerbitateꝫ
nullus diſtincte poteſt cog
noſcere. quā tamē dn̄s tāq̄ꝫ
nūc p̄ſentem ſenſu interiori
diſtincte p̄guſtauit. Sicut
qui ſemel ſectus eſt. ſi iteruꝫ
ſecari oportet. quia iam exp
tus eſt ſectionis dolores lō-
ge plus q̄ꝫ p̄mo horret ſectō

nem. Unde manifeſtum eſt
nullius mortalis vnq̄ꝫ tantā
fuiſſe triſticiā ⁊ anguſtie ve-
hementiā horrorēq̄ꝫ aduer-
ſus mortem quanta fuit do
mini innocentis. Tanta ſiq̄
dē fuit mētis eius anxietas
ex angore p̄miſſo vt ruptꝭ vł
aptꝭ adintra venulis. ſimul
cuꝫ ſudore precioſus efflue
ret ſanguis. Sicut nō vnq̄ꝫ
ꝓpter vehementiam terroris
aut horroris inſoliti homi-
nes quidē de naribꝫ ſangui
nem fundūt. vt de odientibꝫ
cattos expertuꝫ eſt. ⁊c̄. Uel
ſm̄ Bedam. Sanguis ille
quidem naturalis fuit et de
ſubſtantia ac veritate hūa-
ne nature in chriſto. ſed effu
ſio eius cum ſudore fuit mi
raculoſa a chriſto ſuꝑ natu-
ram facta vt tali ſigno inſo-
lito a ſeculis nō audito inſo
litam anxietatis ſue ⁊ dolo
ris magnitudinē demōſtra
ret. propter quod nō modi-
cas fudit guttulas ſed gut-
taꝝ imbrē. ſua effluxiōe n̄ ſo
lū veſtes ſꝫ etiā terrā tingen
tiū. Sic aperte dicit euāge-
liſta. Factꝰ ē ſudor eiꝰ tanq̄ꝫ
gutte ſanguis. nō inq̄t ſtillā
tis ſꝫ decurrētꝭ. nedū ī veſtes
ſꝫ in terrā. De h̄ Anſelmꝰ ait.

Anguſtias cordis tui dul/
ciſſimi certiſſime indicabat
ſudor ille ſanguine⁹ q̄ oróis
tp̄e de ſanctiſſima carne tua
guttatim decurrebat i terrā
Et ſeq̄r. Naturalem carnis
tue infirmitatē huiuſcemo/
di indicijs expſſiſti. quibus
docemur. q2 vere languores
noſtros portaſti. ꝛ nō abſq;
doloris ſenſu paſſionū ſen/
tes pcurriſti. Sz o dulciſſi
me dn̄e ihu q̄ta fuit paſſio/
nis tue acerbitas. iā exhibi/
te cui⁹ adhuc abſētꝭ diſtra/
cta apprehēſio ita naturam
terrēdo ꝯcuſſerat vt ſudare
ſanguinez cogeret. Aſſiſtat
h̄ deuota aīa ꝛ compaſſiōis
colligat faſciculos. in q̄s ne
pereāt p̄cioſas guttas ſuſci
piat. ac rubicūdū dilecti ſui
corp⁹ fletib⁹ ſuis abluat. ꝛ g̃/
tiaꝝ actōne tergat. Surgit
ḡ dn̄s ab acerbiſſimo ago/
ne ꝛ plixa orōne ꝛ vel lauan
do vel abſterſione faciem ſa
croſanctā a ſanguīe ꝛ ſudo/
re purgat. atq; ad diſcipl'os
ſuos iā tertio veniēs inenit
eos dormiētes p̄ triſticia Et
ait illis. Quid dormitꝭ. Cō
patienſq; eoꝝ infirmitati.
dormite ait iam ꝛ req̄eſcite.
Et ſm Aug. et Raba. Aſſi/
luit dn̄s aliquātulū. vt h̄ fie
ret qđ pmiſerat. ꝛ tūc ītulit.
Sufficit. vos ſcz tm̄ requie
uiſſe. Surgite. orate. ne in/
tretis in temptatōnez. Ecce
appropinq̄bit hora. ꝛ fili⁹ ho
minis tradet̄ in man⁹ pctōꝝ
Surgite eam⁹. ecce qui me
tradet ꝓpe eſt. Poſtq̄ tertio
orauerat. ꝛ apoſtoloꝝ timo
rem ſequente penitentia im
perauerat corrigendū. ſecu/
rus de paſſione pergit ad p
ſecutores ꝛ vltro ſe interfici
endū prebet. Dicitq; diſci/
pulis. Surgite eam⁹. Ecce
qui me tradet ꝓpe eſt. nō vos
inueniat quaſi timētes ꝛ re/
tractantes. vltro pergamuſ
ad mortē vt ꝯfidentiā ꝛ gau
dium paſſuri videāt. hoc de
his q̄ in ſeip̄o paſſus ē aſſū/
ptis triſticia et dolore ꝓpria
volūtate p̄us q̄ tortor foriſ
infligeret. vt ſic nr̄is mētali
bus pctis nōdū ope cōpletꝭ
ſufficiēs remediū adhiberet
Pro quib⁹ ꝛ nos cū dn̄o cō/
triſtemur ꝛ doleamus grās
agentes redemptori noſtro.
Oculos vigilijs. aures q̄ te/
ſtāt dicendis deuotius pre/
paremus. Et tantū de pri/
ma p̄ncipali parte.

Igilate
v animo fratres ⁊
torpore excuſſo
ſomnolentie do
minū compaſſionis ſequa/
mur greſſib9.deuote cōſide/
rantes quo nūc pergit.aſſi/
ſtamus ei fideliter ne perda
mus.Adeſt etenī maligniſſi
mus ille traditor iudas mer
cator peſſimus. ⁊ manſuetiſ
ſimū agnū dn̄m ⁊ ſaluatorē
noſtrum quē pridie vili pre
cio vendidit.iam tradere ni/
titur voluntati eoꝝ. cohorti
ſcꝫ ferociſſime iudeoꝝ.ſic eſt
ꝯſequenter aiunt ⁊ euangeli
ſte.Adhuc eo loquente Ju/
das ſcharioth vn9 ex duode
cim.cū accepiſſet cohortem
militū gentiliū.⁊ a pontifici
bus et phariſeis miniſtros.
venit:⁊ cuꝫ eo turba multa
cū gladijs ⁊ fuſtib9.laternis
et facibus ⁊ armis.Dederat
traditor eis ſignum dicens.
quēcūq; oſculat9 fuero ipſe
eſt.tenete eum ⁊ ducite cau/
te.⁊ antecedebat eos. Et cū
veniſſent ſtatim acceſſit euꝫ
et ait.Aue rabbi. Et oſcula
tus eſt eū. O iuda ſceleſtiſſi
me maluiſti miſter eſſe dya/
boli q̄ꝫ apoſtol9 chriſti.queꝫ
non timoris ꝑturbatōe deſe
ris:ſed pecunie cupiditate
diſtrahis.Hinc Leo ſermo
ne qui incipit. Semꝑ dile/
ctiſſimi.ita inuehit.Tu o ī/
pijſſime homo ſemen Cha/
naan et non Juda.nec iam
vas electōnis ſed fili9 perdi/
tionis ⁊ mortis.ita dyaboli
cis inflāmaris auaricie faci
bus vt ad triginta argenteo
rū lucruꝫ inardeſceres ⁊ q̇d
diuitiaꝝ amitteres nō vide/
res. Nam ⁊ ſi putabas cre/
dendū eſſe promiſſis.q̄ fuit
ratio vt tantillū pecunie mō
preponeres acceptis.imꝑabaſ
demonijs. medebaris infir
mis.honorabaris cum apo
ſtolis.⁊ vt famem tue cupi/
ditatis expleres patebāt tibi
furta de loculis.ſed animū
interdictoꝝ ammonituꝫ qō
minus licuit ampli9 incita/
uit. nec tam placuit q̄ꝫtitas
precij q̄ꝫ magnitudo pecca/
ti. Unde facinus cōmercij
tui nō ita deteſtandū eſt. q̄a
dn̄m viliter eſtimaſti ſꝫ quia
redemptorē etiam tuū ne ti/
bi parceres vendidiſti. Hec
ille.Dimiſſo itaq; diſcipulo
rū xp̄i dulci collegio ſue cru
delitatis aſſumpſit cōplices
in quo cū mutatōne mentis

factũ ꝯcordat foris. Quam
diu eñ vt ait Raban⁹ ſuper
Mattheũ cum ceteris apo
ſtolis ſecut⁹ eſt ſaluatorē trã
quilli⁹ agebat. qꝛ innocētiaꝫ
ſimulabat. ſanitatē infirmã
tibꝫ preſtabat. qꝛ a ſaluatore
ſe miſſum dicebat. At cũ de
ſeruerat pacis ꝯſiliũ et agni
mitiſſimi tranſitũ ſpretꝫ pa/
cificis ſodalibꝫ funeſtis aſſo
ciatus eſt. relictiſqꝫ armis vi
talibꝫ pergit ꝯtra magiſtruꝫ
cũ fuſtibꝫ . ad auctorem vite
acceſſit cũ mortis meditatõ
ne. Quibꝫ ꝛ ſignum dedit et
caute teneri ac duci iuſſit.
cuꝫ tamē inuanum ꝛ fruſtra
humana ꝯtra diuinã ſapien
tiã quã latere poteſt nihil ni
titur aſtutia. Miſer itaqꝫ et
miſerabilis Judas eadeꝫ in
fidelitate qua mgr̄m ꝛ dñm
tradidit putabat ſigna que
ſaluatoreꝫ viderat faciētem
nõ maieſtate diuina ſed ma/
gicis artibꝫ facta. ꝛ qui cum
forte audierat in mõte trãſfi
guratũ timebat ne ſili tranſ
formatõe laberet̃ e manibus
miniſtroꝝ. dedit ergo eis ſig
num vt ſcirent ipm eſſe quē
oſculo demõſtraret. At ag/
nus mitiſſim⁹ proditorē nõ
refugit polluto ori ꝛ menda

ci oſculũ nõ negauit. Sꝫ ſi/
mulato ſigno pacis verbuꝫ
addidit charitatꝫ. Amice in
qͦ talem te fingis q̄uis tra/
ditor ſis. terret nihilominus
de criminis īmanitate ſub/
dens. Ad qͦd veniſti. ad q̄n/
tum ſcel⁹. Nam o iuda oſcu
lo filiũ hoīs tradis. Mag/
num flagicium. tradis vtiqꝫ
patrē tuũ ꝑ creatõem. tuto/
rem tuũ ꝑ ꝯſeruatiõem. do/
minũ tuũ ꝑ redemptõnem.
fratrē tuũ ꝑ incarnatõnem.
magiſtrũ tuũ ꝑ doctrinatio
nem. amicũ tuũ ꝑ electõem.
iudicē tuuꝫ ꝑ finalē retribu
tionē. tradis aũt oſculo. ſig/
no pacis ꝛ amoris. amicicie
ꝛ federis. qͦd tu facis ſignuꝫ
belli ꝛ ꝓditõis. ſignũ latroci
nij ꝛ ꝯdemnatõnis. Judas
aũt q̇ turbam p̄ceſſerat vt vi
ſo ſigno quē tenerēt non du
bitarēt. oſculato dño redijt
ad turbas. forte ſollicitans
aut animans vt ꝯceptũ pro
ſequerent̃ facin⁹. quos for/
taſſis timore aliquo viderat
ſubſtitiſſe. ne ſi dñs ſacerdo
tũ ꝑncipibꝫ nõ p̄ſentaret̃ ipe
ꝓmiſſam iuſti ſanguis iniu
ſtam mercedē nõ ꝯſequeret̃
Jeſus itaqꝫ ſciens omnia q̄
ſup ipm vētura erãt. ꝓceſſit

obuiā turbis.⁊ dixit. Quez
queritis. Responderūt ei. Je
ſum nazarenum. Dixit eis.
Ego ſum. Stabat et iudas
q̄ tradebat eum cū ipis. Po
teſtatis q̄z ſue magnitudiēz
ad euadendū ſi voluiſſet ſig̊
monſtrat clariſſimo Ut em̄
dixit. Ego ſum. abierunt .re
troꝛſum ⁊ ceciderūt in terrā
Deħ Leo in ſermone q̄ inci
pit. ſermonez dilectiſſimi b.
Terribilis militum cohoꝛs
illa ⁊ a p̄ncipibus ⁊ a phari
ſeis miſſa cū gladiis ⁊ fuſti/
bus multitudo ita vna voce
ꝑcuſſa eſt vt cum turbe dixiſ
ſent Jeſum ſe querere naza/
renum. reſpondiſſetq̄ꝫ. Ego
ſum. nemo ſubſiſteret. ſꝫ om
nes ſimul amiſſo membroꝝ
officio retroꝛſum acti colliſi
q̄ꝫ coꝛruerunt. Jn quo vtiq̄ꝫ
diuine erat poteſtatis indi/
cium. que impioꝝ conatus
non armis ꝯtrariis neq̄ꝫ vl/
lius creature potentis auxi
lio ſed ſola verbi virtute pꝛo
ſterneret. Quia vero ſaluan
do humano generi alterius
operis ratio cōgruebat .nec
poſſet ſanguis chꝛiſti p̄ciuz
credentiū fieri ſi ſe redēptoꝛ
nō ſineret compꝛehēdi. Ad/
miſit in ſe impias manus.et

cohibita eſt potentia deita/
tis vt ꝑueniret ad glāz paſ/
ſionis. Hec Leo. Quibꝫ tā
dem ſurgendi poteſtate con
ceſſa iterum eos interroga/
uit. Quem queritis. Jlli āt
dixerūt. Jeſum nazarenum
Reſpondit Jeſus. Dixi vo/
bis. quia ego ſum. Ecce iu/
das quem oſculatꝰ iam fue/
rat regreſſus ad turbam pa
riter cum illa ignoꝛat atꝫ lo
quentem nunc recognouit.
Sed quoniā nec ſua ꝓſtra
tione nec excecatione a cru/
deliſſima concepti facinorꝭ
voluntate reuocari poterāt
dn̄s ipſe ſe tradidit volūtati
eoꝝ. q̄ niſi ſeip̄m traderet ni
hil malicia Jude potuiſſet.
Et ait. Si ergo me queritꝭ.
Sinite hos abire. vt imple
retur ſermo quem dixit ſcili
cet Jeſus Johā. xviij. Quia
quos dediſti mihi nō perdā
ex eis quēq̄ꝫ. hoc itaq̄ꝫ verbo
ita ſe eoꝝ volūtati tradidit.
vt tn̄ nullaz ſuꝑ diſcipulos
acceperūt poteſtatē. q̄s qūo
nō tenuiſſent nedum iam ſꝫ
et dum ſepulcꝝ cuſtodibus
munierūt. ⁊ dum illuz reſur
rexiſſe a cuſtodibꝫ audierūt
niſi pꝛohibuiſſet dn̄s. q̄ La/
zarum reſuſcitatū de moꝛte

cogitabāt iteꝝ occidere Jo/
han.xij. Tūc acceſſerūt.da/
ta.ſ. licentia ꝛ manꝰ iniecerūt
in eum ꝛ tenuerūt eum ꝛ te/
nuerūt eum. Uidentes aūt
hi qui cum xp̄o erant qꝺ fu
tuꝝ erat.ſ.captōem mgr̄i ad
morte͂.dixerunt. Dn̄e ſi per/
cutimus in gladio. Reſpon
dens aūt ieſus ait. Sinite
vſq; huc.quaſi diceret. Si
nite vt me comprehendant
quoꝝ iam voluntati me tra/
didi vt impleaꝛ ſcriptura et
redemptio veſtra. Simō er
go Petrus habēs gladium
eduxit eum. nō expectato.ſ.
dn̄i reſponſo. ꝛ ꝑcuſſit pon/
tificis ſeruū. ꝛ abſcidit auri
culā eiꝰ dextram. Erat autē
nomen eiꝰ Malchus. Eo/
dem ardore Petrꝰ quo ceta
fecerat hoc fecit. Dixit ei Je
ſus. Petre mitte gladiū tuū
in vaginā. q̄ſi diceret ſm Ra
banū Ceſſet vindicta. remiſ
ſio largiaꝛ. calicē quez dedit
mihi pater nō bibā illū.qua
ſi diceret. Utiq;. ad h̄ em̄ ve
ni. Admonet ſecūdo. Omēſ
inq̄t q̄ acceperint gladiū. ꝓ/
pria ſcz auctoritate. gladio
peribūt. Hec ſm Rabanuz.
Omēs q̄ ſemetipſos vice ta/
lionis vlciſci in pn̄ti deſide/
rāt nō merenꝛ a dn̄o vlciſci
ſz penā ſibi damnatiōis am
plificant. Tertio rōne cohi/
bet Petrū gladio ꝑcutientē
cū addit. An putas quia nō
poſſum rogare prēm meuz
et exhibebit mihi mō plusq̄
duodecim legiones angelo
ruz. ac ſi aperte dicat. Sine
nō indigeo duodecim apo/
ſtoloꝝ auxilio. etiā ſi omnes
me defenderēt q̄ poſſum ha
bere duodecim legiones an
gelici exercitus. Legio apꝺ
veteres ſex milibꝫ cōplebaꝛ
hoīm. Scribiꝛ autē de vno
angelo q2 deſcēdit in caſtra
aſſyrioꝝ nocte. ꝛ ꝑcuſſit oēs
virū robuſtū centū octuagī
taq̄nq; milia. Eſaie. xxxvij.
Quartaz dn̄s rōnem addit
dicēs. Quomodo ergo im/
plebūꝛ ſcripture. q2 ſic opor
tet fieri. oportet neceſſitatez
dicit. non ꝯſequentis ſed cō
ſequētie. quia predeſtinatio
dei liberū arbitriū nō tollit
Et cum tetigiſſet auriculaz
eius ſanauit eum. Remigiꝰ.
Nunq; ergo pietatis ſue do
minus obliuiſciꝛ q̄ ꝛ hoſtes
ſuos non patitur vulnerari
Jn illa hora dixit ieſus tur
bis. Ad eos ſcilz qui vene/
rāt ad ſe ꝑncipes ſacerdotū.

magiſtat⁹ templi ꝛ ſeniores populi. venerant forte aliq̄ cuꝫ turba. Uel veniſſe dicū tur. quia ſuos miſerūt. Ser ſon. tanq̄ȝ ad latronē exiſtis cum gladijs ꝛ fuſtibꝫ comp̄hendere me quotidie fuerā vobiſcum ꝛ ſedebam docēs in templo. ꝛ nō me tenuiſtis. Sȝ hec eſt hora veſtra ꝛ poteſtas tenebrarꝝ. Quaſi diceret ſm̄ Raba. Stultū eſt eū cum fuſtibꝫ ꝛ gladijs querere q̄ vltro ſe veſtris tradit manibꝫ. ꝛ in nocte quaſi latitantem ꝛ veſtros oculos declinantē per ꝓditorem inueſtigare q̄ quotidie in tēplo docuit Sed ideo aduerſuꝫ me in tenebris ꝯgregami. qꝛ poteſtas veſtra in tenebris eſt. Hoc aūt totum factū eſt vt implerenť ſcripture ꝓphetarum de paſſionis mee multiplici ꝯtumelia multiplicit̄ ꝓphetantiuꝫ. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugierunt. Adoleſcens quidā ſequebatur euꝫ amictus ſyndone ſuper nudo. id eſt. veſte linea. et tenuerūt eum. At ille relicto ſyndone nuduſ profugit ab eis. Hunc Hieronimus videť dicere fuiſſe Jacobuꝫ fratrem dn̄i. Beda vero Johannē euangeliſtam. Theophilus aūt iuuenē de domo illa in qua comedit paſca.

Libeat nunc chariſſimi parū per attendere. q̄ȝtuꝫ in his que ad lrām plane audiſtis dn̄i creuit dolor ꝛ triſticia. Audiſtis inq̄ȝ quia a diſciplo ꝓprio ſigno pacis precio vili tradiť. a ceteris omnibꝫ derelinquiť. et ſuꝑ hoc a peccatis eoꝝ ſimul ꝛ comꝓhendentiuꝫ ꝓfundi⁹ triſtabať. Quid enī triſtius eē poterat ei qui vltro ſe obtulit q̄ȝ tradi a domeſtico nō quocūq̄ȝ ſed cui cura ꝑ ceterꝭ cōmiſſa fuerat. tradi a cōmenſali etiā angelorum cibo refecto. Tradi inſuper a diſcipulo nō de ſeptuagītaduobus. ſȝ apoſtolo vno ex duodecim qui fuerunt intimi. q̄ fuerāt caterua regalis ꝛ ſingulariſſimi amici ex vniuerſi orbis hominibꝫ collectis. quos in teſtes ſingulares fidei columnas veritatis predicatores miraculoꝝ operatores. totius mundi lumina deputabat. Teſte nāq̄ȝ Gregorio omel̄. xxxv. Minoreȝ dolorem mala inferunt que ab extraneis inferunť. plus ꝟo in nobis illa tormēta ſe-

niunt que ab illis patimur
de quorum mentibꝫ preſu/
mebamus. quia cū damno
corporis mala nos cruciāt
amiſſe charitatis. Hinc do
minus ipſe per pſalmiſtā de
eo predixerat. Si inimicus
meus maledixiſſet mihi: ſu/
ſtinuiſſem vtiq̄ꝫ. Et ſi is qui
oderat me ſuper me magna
locutus fuiſſet. abſcōdiſſem
me forſitan ab eo. Tu vero
homo vnanimis. dux meus
et notus meus. Qui ſimul
mecum dulces capiebas ci
bos. in domo dei ambulaui
mus cum conſenſu. Et iterꝫ
Homo pacis mee ī quo ſpe
rabaz. qui edebat panes me
os. Notate verba. Homo ī/
ꝗ̄ vnanimis. quia homo pa
cis mee non ſue. Ambulaui
mus in domo dei cum con/
ſenſu. quia fruebatur prodi
tor ille cum ceteris cōdiſci/
pulꝰ dulciſſima magiſtri ac
pacifica conuerſatōne. Dux
meus ꝓpter procuratōis offi
cium. notus meus propter
apoſtolatum. qui edebat pa
nes meos propter continu/
am cohabitatōnem ⁊ domi
ni ſeruantem ſemper proui
ſionem. Sicut alibi queſi/
uit. nunquid aliquid defuit

vobis. et dixerunt nihil Lu
ce. xxij. Et in ſacra illa nocte
dulces mecū accipiebat ci/
bos. corporis ſcꝫ mei et ſan/
guinis. hic cui tanta preſtiti
magnificauit ſuper me ſup
plantatōnem. quaſi apertis
vocibꝫ dicat ſcḋm Gregoriuꝫ
Tranſgreſſionem eius tāto
grauius pertuli q̄nto hanc
ab eo qui meus videbaṫ eſſe
ſenſi. Aggrauat dolorem qꝛ
ſignum pacis facit ſignū ꝑ/
ditionis. hoc eñ ſignum do
minꝰ quaſi pignus inter ſe
⁊ diſcipulos inſtituit in pro
batōem ſinceriſſime dilectō
nis. Sed vt Ambro. ſuper
Lucā ait. Amoris pignore
vulnꝰ infigit charitatis offi/
cio ſanguinē fūdit. ⁊ pacꝫ in
ſtrumēto mortē ꝓpinat. Ag/
grauat etiā dolorē p̄cij vili/
tas q̊ eſtimauit infinitū bo/
num. De q̊ Chryſo. omel. x.
Uere infelix mercator q̇ cū
vendit eū q̇ cūcta ꝯſeruat. q̇
demonibꝫ imperat. cui obtē
perant maria. cui oēs ſubia
cēt ptātes. q̄ſi rem vilem ⁊ in
dignā nō eiꝰ p̄ciū taxauit vt
de re cara fieri aſſolet. ſꝫ pre
ciū in ementiū ptāte ꝯſtituit
Quid inq̇t mihi vultis dare.
Sꝫ ꝟe amplꝰauxit doloreꝫ

dñi ⁊ ingratitudinē iude. quia
eū triginta denarijs paciſce
bat͛ vt vēderet. ⁊ xp̄s ei ſágui
nē quē vēdidit grã offerebat
vt haberet pctō℞ r̄miſſionē.
vt dicit Chryſ. vbi ſ. Et q2 h
i xp̄o ingt⁹ vēdidit qd xp̄s ꝓ
pter eū ſaluādū ſuſcepit. vt
vult Amb. ſup Lu. Aggua
uit ⁊ xp̄i dolorē diſcipulo℞
ſuo℞ imo ſuſpſi⁹ diffamatō
Diligit em̄ ꝟtuoſus iure fa/
mā ſuā ⁊ ſuo℞. i doct⁹ ꝟo po/
pul⁹ om̄ib⁹ indiſtincte notā
imponit diffamie de q℞ con
ſortio l' vnū ꝯſiderat cecidiſ
ſe. Quātū deniq₃ dolorē fu/
ga diſcipl'o℞ iflixit q̄b⁹ tā di
ligēter fuiebat. q̄s ſat' cogi/
tare poterit. Qm̄ i ei⁹ pſona
plāgens ꝓpha dixit. Oppro/
briū ſuſtinuit cor meū. et ex/
pectaui q̄ ꝯtriſtaret͛ ⁊ n̄ fuit.
q̄ ꝯſolaret͛ ⁊ n̄ inueni. Elōga
ſti a me aīcū ⁊ ꝓxim ⁊ notos
meos a miſeria. Qui iuxta
me erāt delōge ſteterūt. ⁊ vim
faciebāt q̄ q̄rebāt aīaʒ meā.
Uere pijſſime dñe ihū noti
q̄ſi alieni receſſerūt a te. dereli
q̄rūt te ꝓximi tui ⁊ q̄ nouerūt
te obliti ſūt tui. nedū tui ſ₃ ⁊
bñficio℞ tuo℞ ⁊ p̄ſūptuoſe
ſue ſpōſionis. Ubi ei ſūt q̄s
paterna ſollicitudie i oīb⁹ cō

ſeruabas. cū q̄b⁹ hac ipa no
cte paſca mādncabas. q̄℞ pe
des laueras. q̄b⁹ corp⁹ tuū ⁊
ſāguinē i cibū potūq₃ dede/
ras. ac tā dulcit͛ ſmōe lōgo
ꝯſolat⁹ fueras atq₃ p̄ri tā dili
gēt͛ ꝯmēdaueras. d q̄b⁹ deni
q₃ gloriabarʒ tāq₃ d fidelib⁹
nō ſuis ſ₃ aīcʒ. q2 tecū i tep/
tatiōib⁹ pmāſert. Ubi nunc
o petre ꝯſtātia tua. Aiſti em̄
et ſi oēs ſcādalizati fuerīt in
te. ego nunq₃ ſcādalizabor.
Ubi Johānes familiaritas
tua ⁊ ſingularʒ prerogatiua
dilectōis q̄ etiā ſacratiſſimū
pect⁹ reclinatoriū tuo capiti
ꝯceſſerat. Ubi tua fratriſq₃
tui germani p̄ſūptō. q̄ calicē
dñi potare vos poſſe affir/
maſtʒ. Ecce p̄parat͛ dño ca/
lix ⁊ mīme expectatʒ Ubi ꝓ/
inde Jacobi minorʒ Simo
nis Thadei carnal' ꝯſāgui/
nitas. q̄ etiā ethnicos ſibi ſā
guīs ꝓpinq̄tate iūctos aſſiſte
re fac̄ mutuo i neceſſitatʒ ar/
ticulo Ubi ē o thoma virilis
tua aīoſitas q̄ dño de circa
iordanē aſcēdere volēti in iu
deā tuos alloquēs ꝯdiſcipu
los dixiſti Eam⁹ ⁊ nos ⁊ mo
riamur cū illo. Ubi bartho
lomee generoſitatis tue au/
dacia que etiā cogit pro gl'a

ſeculi nobiles in bellis mor
talib⁹ ꝑe deſperatis non fu
gere ſꝫ vſq; ad mortē dimica
re. Ubi vos om̄es diſcipuli
q̄ querenti dño recedentib⁹
quibuſdā nūq̄d ⁊ vos vultiſ
abire reſpondiſtis ꝑ os Pe
tri. Dñe ad quē ibim⁹. quia
verba vite habes. Nūquid ⁊
modo nedum verba ſed vite
opera demonſtrabat. opera
in miraculis etiāꝫ modo in
oculis veſtris exhibitis. ver
ba dum cōp̄hensorib⁹ p̄ci
piendo p̄cepit. Si me que/
ritis Sinite hos abire. Ue
re verba vite q̄b⁹ vitā vob̄ cō
ſeruauit. ⁊ ſecuros a corꝑali
moleſtia reddidit. Paulo an̄
dixeratis ſocij menſe celeſtꝭ.
et ſi nos tibi commori opor
tuerit in te nō ſcandalizabi/
mur. Et ecce nemo vos ap/
prehēdit ſoli mgr̄o intēdūt
et relicto eo ſolo in man⁹ ini
micoꝝ fugitis omnes. Sic
amātiſſime dñe torcular cal
cas ſolus. ⁊ de gētib⁹ vir nō
eſt tecum. vt olim de te vere
prophetauerat Eſaias. lxiij.
Percuteris paſtor bone ⁊ ec
ce diſpergent̄ oues gregis
tui fugientes. quos tñ iterū
ꝯgregabis cū ſurrexeris. et
eas p̄ceſſeris i galileā. Quā

hec induxerint triſticiam ex
eo vel conſideret̄. quia dum
p̄cogitata fuerant dominū
ab oratōne ⁊ agone vehemē
tiſſimo ter ſurgere ⁊ orōnē
irrūpere coegit. vt diſcipu/
los ne in hanc incideret tē/
ptatōem cōfortaret. Super
hec doluit de ꝓditoris ac di
ſcipuloꝝ caſu ac cōprehēdē
tium pctō q̊s nec beneficijs
nec exhibitis etiā in ſua cap
tione miracul̄. ſ. cōprehēdē/
tiū excecatione. pſtratōe. di/
ſcipuloꝝ ꝯſeruatiōe. ⁊ auri/
cule reſtitutōe poterat reuo
care. qđ recte figurare pote
rat paruitatem fructus ſue
paſſionis i cordib⁹ ꝑuerſoꝝ
vſq; i ſeculi finē futuꝝ. Sꝫ
qm̄ de h̄ ſup̄ tactū ē lati⁹. pu
to nūc ad alia ꝓperandū. Re
licto g̊ dño ſolo in maib⁹ ini
micoꝝ vidētes illi q̄ tradit⁹
eſt volūtati eoꝝ. deſeuiūt in
agnū lupi imanes. imo i pa/
ſtorē diri latrones. Et ſicut
Leo ait ſermone qui incipit
Recurſis dilectiſſimi. irrue
rūt i lumē veꝝ filij tenebraꝝ
⁊ vtētes faculis atꝫ laternis
inciderūt i infidelitatꝭ ſue no
ctē. q̄ non lucis intellexerūt
auctorem. Occupant para
tū teneri. trahunt volentem

trahi.q̄a ſi vellet obniti .ni/
hil quidē ī iniuriā ei⁹ impie
manus poſſent. Sed mūdi
redemptio tardaret vt nul/
luȝ ſaluaret illeſus qui prō
omniū ſalute erat moritur⁹
Cohors aūt inquit Johan
nes ſcȝ militum ꝛ tribunus
qui preerat eis . hoc quo ad
gentiles .ꝛ miniſtri iudeorū
tenuerūt eum ꝛ ligauerūt eū.
agnum ſcilȝ manſuetum in
nullo repugnantē ſed vltro
ſe offerentem . ne de manib⁹
eorum tanq̄ȝ magus elabe/
retur. ꝛ vt ſic euȝ morte dig
num oſtenderent. qꝛ q̄s occi
dere volebāt ligabāt. Mos
eñ iudeis erat ſm gloſaȝ. vt
quē morte dignū iudicarēt.
uinctuȝ preſidi preſentarēt
Et adduxerunt eum primū
ad Annam . Plane recitat
Johannes domini compre
henſionem. ligatōem. et de/
ductionem ad Annam. que
tamen nō ſine maximis fctā
credit iniurijs. quas ꝛ ſi euā
geliſta nō narrat . nihilomi/
nus inflicte credunt. Mul
ta eñ certa fide credita acer
bitatē illate paſſionis decla
rantia euāgeliſte omiſerunt
Tum qꝛ ſcripſerūt nō ad ex
citandū compaſſionis affe/
ctum ꝑncipaliter ſȝ ad faciē
dū de hiſtoria certaȝ fidem.
Hinc Johā. xix. dicit. Ille
ſcit qꝛ vera dicit vt ꝛ vos cre
datis. Ideo plane geſta re/
ferūt ſine eoꝝ oratoria mag
nificētia q̄ neceſſaria noue/
rūt ꝑ fidei firmamēto . ne pl⁹
viderēt ꝑſuaſores q̄ȝ ꝟitatis
teſtes. Tuȝ qꝛ h vtile fuerat
fideliū deuotiōi quaten⁹ dū
ea q̄ euāgeliſte reliq̄rāt inge
nij labore ꝛ pijs fletib⁹ ꝛ ora
tione req̄rāt ꝛ capaces red/
derēt ad intelligendū ꝛ tena
ciores ad memorandū. Et
vt Grego. omel. vj. ī Ezech.
ait. tanta maiori dulcedine
inuenta reficerēt q̄ȝto maio
ri labore fatigarēt animum
queſita. Q̄ ꝟo multa certa
nō recitarūt. patet. nam reci
tantes ꝯſpuitōem colaphi/
zatōem ꝛc. tacēt de q̄ȝtitate.
que tū tāta erat vt q̄ſi abſcō
deret facies eius ꝛ q̄ſi lepro
ſus videret. In flagellatōne
et coronatione non faciunt
mentionem de vulneꝝ pro/
fundatione et ſanguinis ef/
fuſione ac toti⁹ corꝑis vulne
ratione. In veſtium expolia
tione . tacent de vulnerum
innouatione . in crucifixiōe
non meminerūt de extēſiōe

corporis ꝓpter quā oīa oſſa poterāt dinumerari. imo ta cent de clauis ferreis quibꝫ manus ⁊ pedes foderāt Nū q̄d nō Johānes de Thoma dubitante loquēs cōmemo rat clauoꝝ fixurā ⁊c̄. Mul/ ta tacuerūt de quibꝫ tñ ꝓphe clariſſime p̄dixerunt vt ſuis patebit in locis. q̄ tamē om nia in chriſto impleta ipe te/ ſtatus eſt pendens in cruce. cū ait. conſummatū eſt. ſed ⁊ impletura p̄us ſepiꝰ predice bat Non tamen ita ſilent q̄n ea breuiter tangant. ex qui/ bus mēs deuota poterit eti am noſcere ea que tacuerūt ſi res ſeptas ſtudioſe volue/ rit meditari. Unde ad ꝓpoſi tum. q̄ȝ violēter dn̄m tenue/ rūt impellentes ⁊ ꝑcutiētes attrahentes et retrahētes. il li veſte. illi crinibꝫ. illi barba illi manibꝫ. illi brachijs. illi collo aut ſcapulis inherētes Ut Leo ait. Quicq̄d ſacer/ dotū inſtinctu furor popu/ laris audebat ex hoc colligi poteſt. q̄m teſte mattheo ac/ ceſſerūt ⁊ iniecerūt manꝰ in eum. dicturus tenuerūt eū. q̄d fuit neceſſe premittere et iniecerūt manus in eū. cer/ tum enī eſt. q̄ nō niſi maībꝫ tenere eū poterant. niſi quia illatā iniuriā violentiam ſignificare voluiſſet. Nā inij cere violentiā importat ⁊ cū hoc incertitudinē. quaſi di/ ceret. cū magna violētia vn/ diq̄ȝ manibꝫ impulerūt. Ad hoc deniq̄ȝ agendū impulit ira excitata qua ſe de ꝓſtra/ tione quam ſibi p̄ magicam artem putabāt illatā vindi/ care voluerūt. Et q̄n̄o pleni inuidia ⁊ odio furentes pe/ perciſſent dn̄o in captōne ⁊ ligatione queȝ etiā in cruce pendentē ⁊ morientē laceſſe bant. imo mortuū vulnera/ bant. Facit ad idem repen/ tina diſcipuloꝝ fuga. nō re/ or ſubito fugiſſent qui p̄mo defendere parati fuērt ſi mā ſuete eum tractari vidiſſent. Sed quid ait euangeliſta. Uidētes diſcipuli qđ futu/ rū erat. id eſt. quia occidēdꝰ erat. ⁊ vnde hoc viderūt niſi ex horribili eiꝰ tractatōne. cō prehenſione ⁊ immiti ligati one. in quibꝫ tantā oſtende/ rūt ſue ferocitatꝭ rabiem vt in hoc nō dubitarēt imo cer tiſſime cognoſcerēt ⁊ cōijce rent diſcipuli dn̄m ſuuȝ ab his canibꝫ viuū euadere nō poſſe. Refert deniq̄ȝ beatuȝ

Bern̄.hoc dicere ꝙ ꝓſtraue
rūt eū in terrā ſicut ipſe eos
proſtrauerat. Et appodiaue
rūt ſuper pectuſ eiꝰ.ſpuerūt
in faciem eiꝰ.ꝛ duriſſime col
lum ꝛ manus ligauerūt.Et
quia ſudor ſanguis adhuc
ex nimia mortiſ anxietate de
fluebat ꝑ totam faciez in os
eius.ꝛ ſimiliter iudeoꝝ ſpu
ta de genis.nec abſtergere li
gatus poſſet.ſuffocatꝰ vtiqꝫ
fuiſſet ex tūc niſi diuīa virtꝰ
eū ad vlteriora ꝓ nobis tole
randa reſeruaſſet. Q̄d ſi ita
eſt puto eū ꝑ reuelatiōem id
nouiſſe qūo multe ſancte ac
deuote perſone varias circa
dn̄icam paſſionē reuelatōeſ
meruerūt Quibꝫ piū eſt pia
fide credere.licet nō temere
diffinire. maxime ſi ſcp̄ture
nō diſſonant canonice. Ue
rū talia veſtre cōmittens de
uotioni. relinquēs incerta.
ſolidis ſanctoꝝ dogmatibꝫ
et textui inheream.Scribit
tn̄ deuotꝰ Bonauen.de hac
captiuatione ꝛ ligatōne ita
Quis inq̄t ſine gemitu audi
re poſſet qualiter in hora il/
la crudeles homīes homici
das manꝰ iniecerīt i regē glīe
ꝛ truculēti lictores mitis ie
ſu innocētes manus vincu/
lis ↄſtringētes. ip̄m māſue/

tiſſimū agnū ad inſtar latro
nis traxerīt ad victimā.Tra
xerūt aūt vt iohānes ait.ad
Annam p̄mū. ſcꝫ de orto ꝑ
vallē ioſaphat trans torren
tem cedron in hieruſalem.
Uos cogitabitis cū quātis
clamoribꝫ impulſionibꝫ.in/
iurijs. Erat aūt Annas ſo/
cer Caype qui ↄſiliū dede
rat quia expedit vnū homi/
nem mori ꝓ populo. ex com
miſſione ſcilicꝫ Caype.vt
vult Auguſtinꝰ ſuꝑ Johan
nē.vt ſic videret minoriſ cul
pe damnando eū qui a ſimi
li pontifice dānaret. Et ſm
Bedaꝫ.vt qui erant affines
ſanguine ſociarent in ſcele/
re. Et trāſeūdo in domum
Caype domū Anne p̄teri
re oportebat. qꝛ quaſi ponti
fex habebat.Emerāt eīm al/
ternatis vicibꝫ pontificium
abſqꝫ merito dignitatiſ ab he
rode cōtra legis diſpoſitio/
nem. vt vult Joſephus. Nō
ḡ mirū ſi iudicabant inique
iniqui pontifices.maxīe euꝫ
q̄ eos ī ſuis vicijs arguebat.
vt vult Beda et Rabanus.
Sequebatur autem Jeſuꝫ
ſimon Petrus a longe. Et
alius diſcipulus ſcꝫ Johan
nes.quoniam poſt fugā cuꝫ
ceteris reſumpto animo tā/

q̃ꝫ fortiores et magis aman
tes reuerſi ſequebanť. Diſci
pulus autem ille erat notuſ
pontifici et intrauit cum Je
ſu in atrium pontificis. Pe/
trus autem ſtabat ad atriuꝫ
foris. Exiuit ergo aliꝰ diſci/
pulus qui erat notus pon/
tifici et dixit hoſtiarie et in/
troduxit Petrum. Dixit er/
go Petro ancilla hoſtiaria.
Nũquid ꝛ tu ex diſcipulꝭ es
hominis illius. At ille nega
uit coram omnibꝫ dicẽs Nõ
ſum. Stabant autem mini
ſtri ꝛ ſerui ad prunas. quia
frigus erat. ꝛ calefaciebant
ſe. Erat autem ꝛ Petrus cũ
eis ſtans ꝛ calefaciens ſe. de
inde exiuit foras in atriuꝫ et
ſtatim gallus cantabat. Et
recordatus eſt Petrus ṽbi
Jeſu quod dixerat. priuſq̃ꝫ
gallꝰ ꝛc̃. Pontifex ergo ſcilꝫ
Annas interrogabat ieſum
de diſcipulꝭ ſuis ꝛ de doctri
na eiꝰ quia tenebãt eũ vt ſe/
ductorẽ ꝛ doctrine falſe pre
dicatorẽ. Cum aũt de diſci
pulis nihil ad eoꝝ cõmẽda/
tionẽ dicere potuit. quia re/
licto eo om̃es fugierũt. nec
tñ infamare voluit. ideo nõ
ad ꝑmam: ſed ad ſecundam
queſtionem reſpondens ait

Ego palam locutꝰ ſum mũ/
do. ego ſemꝑ docui in ſyna
gogis ꝛ templo q̃ omnes in
dei conueniunt et in occul/
to locutus ſum nihil. Nihil
locutꝰ fuerat dñs in occulto
licet mľta in parabolis. mul
ta ſeorſum diſſeruit diſcipu
lis. Qm̃ ſm Auguſtinũ ſuꝑ
Joh. omeľ. cxij. non ita dice
bat paucis vt ab eis quibuſ
dictũ fuit taceret. ſꝫ ita poti
us vt vſq̃ꝫquaq̃ꝫ predicare/
tur. et ſic per paucos inno/
teſceret multis. Hinc ipſe
eiſdem paucis dixit Mat/
thei decimo. Quod dico vo
bis in tenebris dicite ĩ lumi
ne. ſcꝫ parabolas exponẽdo
Et quod in aure auditis p̃/
dicate ſuper tecta. omnibuſ
annunciando. Subdit do
minus. Quid me intrrogas.
Jnterroga illoſ q̃ audierũt
q̃d locutꝰ ſum ipis. Ecce hi
ſciũt que dixerim ego. Qua
reſpõſione dñs oſtendit do/
ctrinaꝫ ſuã fore verã. ꝛ ex lo
co publico ad hoc ꝺputato.
et ex auditoꝝ teſtimonio. q̃ſi
diceret. paratꝰ ſum ſubire te
ſtimoniũ eorũ quibꝫ magis
q̃ꝫ mihi credis. Hoc cum di
xiſſet. vnus aſſiſtens miſtro
rum dedit alapã ihũ dicẽs.

Sic reſpondes põtifici.q̃ſi
notaſſet Annam de ſtulta i̅
terrogatõne. Non leuis ſed
grauis haud dubiũ fuit illa
ꝑcuſſio quã tanta vigilãtia
deſcribit Johannes euãge/
liſta.q̇ etiã ⁊ alia plura enor
mia chriſto illata ſiluit. Sʒ
neqꝫ ſi modica fuiſſet de ip̃a
ꝓphetia ꝯtexta fuiſſet. Ait ei̅
Hieremias Threnorũ .iij.
Dabit ꝑcutienti ſe maxillã.
Et Michee.v. Percutient
maxillã iudicis iſrl̕. Sed ſi
forte modica aut paruipen/
denda tibi apparet illa ꝑcuſ
ſio.attende diligenti⁹ q̇s ſit
q̇ percutit̃.quis deniqꝫ ꝑcu/
tiens.⁊ apparebit forſitã in/
iurie magnitudo. quã nõ ſo
lum actus ꝑcuſſiõis ſʒ agẽs
monſtrabunt ⁊ paſſum. Si
eni̅ magiſter ciuiũ a ſubdi/
to alapam ſuſciperet quan/
ti putatiſ eſtimaret i̅ iniuria
Quanti vero ſi pater a filio.
vl̕ ꝓnceps a plebeo. Aut qđ
maius ẽ ꝓncipũ monarcha
imperator a ruſtico. Et qđ
om̅ino intolerabile videret̃.
ſi ſummus pontifex papa ro
manus huiuſcemodi patere
tur iniuriã a quolibet mini/
mo ſtabulario. Nouit eſti/
mare hãc iniuriã dauid vn/
ctus in regeʒ. qui cũ nõ ani
mo nocendi ſed ꝓferendi te/
ſtimoniũ Saulis a domio
ꝓiecti ac ſui mortalis inimi
ci abſciderat oram clamidiſ
ſue in ſpelunca odollaʒ per/
cuſſit cor ſuũ dicens. Pro/
picius ſit mihi de⁹. eo ꝙ ab/
ſcidiſſet clamidis oram chri
ſti dñi.j. Reguʒ.xxiiij. Et tñ
hi omnes memorati natu/
rali ꝯditõne pares.qꝫ hoĩes
tn̅ eque mortales. Sʒ ecce
nũc ꝑcutit̃ a luto figul⁹. ab
infimo ſumm⁹. a peccatore
deus. a mancipio domin⁹.
a creatura creator.a vili or/
bis portione vniuerſitatis
gubernator.ab eo quẽ redi/
mere venerat pijſſim⁹ redẽp
tor. Cuius tanta in creatu/
ras auctoritas ⁊ tanta crea/
turaꝝ obediẽtia vt magiſ om
nia in nihilũ redirent qꝫ na/
turalib⁹ ſuis actionib⁹ vl̕ mi
nimã ei⁹ tranſgrederet̃ ordi
nationẽ. Hoc celum ſuo re/
gulari curſu.hoc ſtabilitate
terra.hoc ſuis ponderibus
elementa.hoc in continua ⁊
cõcordi pugna . hoc deniqꝫ
in omniũ corporaliũ conti/
guatione nullo vacuo: inter
rupta. ceteriſqꝫ multis cla/
riſſime demõſtratur. Hunc

tantum ꝑcutit puluis viliſſi
mus q̇ niſi ab eo q̇ ꝑcuſſus ē
conſeruaret.in nihilū conti
nuo redigeret. Ita de hac ꝑ
cuſſione ſenſit Chryſ.cū ait
Horreas celū.exceſſum mē
tis patere terra dn̄atoris lō
ganimitatē ⁊ ſeruoꝝ indeuo
tionē. Talē chariſſimi cogi/
tate eū q̇ patit quotiēs paſſi
onem ei⁹ meditamī ne parui
pendenda videat quecūq3 il
lata iniuria. Non em̄ homo
purus eſt ſed verus ⁊ immē
ſus atq3 eternus de⁹.⁊ ſi nō
ſm naturā diuinā q̄ impaſſi
bilis eſt.ſm humanā tn̄ ſibi
vnitam ſuppoſitaliter patiat
Quantū autem ſit deū pati
ꝓ homine nūq̄ȝ poterit quis
ſatis mortalis cogitare.quia
em̄ infinitus eſt q̇ patit. que
libet illata paſſio quandam
ſortit infinitatē.ꝓpter quam
etiā quelibet ſufficeret. et vt
cōmuniter dr̄ vel vnica gut/
tula ſanguinis effuſa ꝓ toti⁹
mūdi etiam iuſta redēptiōe.
niſi in effuſione tāti ſanguīs
amoris magnitudinē etiam
groſſiſſimis hoīb⁹ placuiſſʒ
demōſtrare. Unde cuilibet
deuoto ad exercitatōem cu/
iuſcūq3 intēſiſſime deuotio
nis hoc ſolū ſufficeret. deū

ſcʒ paſſum.etiā ſi ſolū verbū
iniurioſū ꝓ hoīe.vt nō opus
eſſet ad eoꝝ q̇ paſſus eſt mł/
tiplicitatē oculuʒ reflectere.
Ualde em̄ plus diſtat deuʒ
ſm ſe īpaſſibilē volūtarie pa
ti ſm naturā aſſūptā q̄ȝ deū
patiētē ħ mag ł illa modica
pati. Ibi em̄ infinitas q̄daʒ
itereſt.hic finitas ſola.q̄d di
ſtantia inter penā et penam
tm̄. Ideo ſemꝑ in om̄ib⁹ di
cendis cogitet.quia deus ē
q̇ patit.quia creatura pecca
trix eſt que infert paſſionem
Sed nūc reſpondentis dn̄i
māſuetudinē audiam⁹. Si
inquit male locutus ſum. te
ſtimoniuʒ perhibe de malo.
ſi bene.cur me cedis.qua re/
ſponſione māſuetiſſima ſer/
ui iniuſticiā aperte arguit ī/
damnatū hoīeʒ ꝑcutientis.
Poſt ſuſceptā itaq3 alapam
miſit eū Annas ligatum ad
Cayphā pontificē.vbi ſa
cerdotes ſcribe phariſei ⁊ ſe
niores cōuenerūt.Om̄es hi
in mortē Jeſu chriſti machi
nati ſunt.vt cū xp̄s ab omni
iudeoꝝ genere ꝑncipib⁹.ſ.et
doctorib⁹ religioſis ⁊ popu
larib⁹ damnaret.ſine ambi/
guitate putaret morte dig/
niſſim⁹.Sequebat āt petr⁹

a lōge ſequebať.quia trahe/
bat amoꝛ.ſed a longe.quia
retrahebat timoꝛ. Ueruꝫ in
h̄ maxima eſt nobis venera/
tione admirādus.ait Raba
nus ꝙ dn̄m nō reliq̄t etiā cū
timeret. Q̄ eni timet nature
eſt.ꝙ ſeq̄ť deuotōnis.ꝙ ne/
gat obꝛeptiōis.ꝙ penitet fi/
dei. Lu. Et accenſo foci ig/
ne in atrio ⁊ circūſedentibꝰ
illis erat Petrꝰ in medio eo/
rū. Matth. Exeūte aūt illo
ianuā.rurſus alia ancilla ce
pit dicere circūſtātibꝫ.et hic
erat cuꝫ ihū nazareno. Lu.
Et aliꝰ videns illū dixit. Et
tu de illis es. Johan. Dixe/
rūt quoqꝫ ei ſcꝫ circūſeden/
tes. Nunq̄d et tu ex diſcipu
lis eiꝰ es. Matth. Et iteruꝫ
negauit cū iuramento.quia
nō noui hoīem. Et poſt pu/
ſillum. Lu.interuallo facto
quaſi vniꝰ hoꝛe. Marcꝰ.ac/
ceſſerunt q̄ aſtabant et dice
bant Petro. Uere tu ex illiſ
es. Mar. Nam galileus es
Matthe⁹ Nā ⁊ loquela tua
manifeſtū te facit Johā. Et
dixit vnꝰ ex ſeruis pontificis
cognatꝰ eius cuiꝰ Petrꝰ ab/
ſcidit auriculā. Nōne ⁊ ego
te vidi in oꝛto cū illo. Mat.
Tunc cepit. Mar. anathe/
matizare. Matth.,deteſtari
⁊ iurare.qꝛ nō nouiſſꝫ hoīeꝫ
Et ꝯtinuo Lu.adhuc eo lo
quēte. Marcꝰ.iteꝝ gallꝰ cā
tauit. Noteť h̄ ꝑ ꝯcoꝛdantia
euangeliſtaꝝ ꝙ tres ꝑmi nō
deſcribūt ductōem Jeſu ad
Annam.quam in ſua ducti
one ad Caypham putabant
ſatis incluſam.eo ꝙ ad An/
nam de p̄cepto Cayphe et
quia ſocer fuit Cayphe.in q̄
videť Cayphas honoꝛatuſ.
ductus eſt. Sꝫ volentes tri
nā Petri negatōnem deſcri
bere. Primā ſcribūt q̄ſi coꝛā
Caypha factā.eo ꝙ quicq̄d
factū ē coꝛā Anna. Cayphe
imputať. Jtē eſt ꝯſiderādū
ꝙ in qualibet negatōne Pe
tri.pſone multe locute ſunt
ſicut in tumultu fieri ſolet.
Jdeo vnꝰ euāgeliſta recitat
vnā pſonā.q̄ poꝛ vel p̄ncipa
liter locuta eſt.aliꝰ aliam vel
multitudinē introducit Pe/
trus q̄ꝫ quaſi arundo nutās
inter amoꝛē ⁊ timoꝛē turba/
tus.nunc exijt.nunc redijt.
ac ſibi loquētibꝫ varia reſpō
dit.eandem tamē negatiōis
ſententiā habentia neſciens
velut turbatꝰ q̄d diceret vel
ageret Jdcirco ⁊ in locis ne
gationū videntur differētie

de gallicãtu. ter negauerat. Dicunt em̄ plane. antequaꝫ gallus cantabit. quod nõ niſi de pͥma intelligi poteſt. ſi quidez ante ſecundũ eſt pꝛimus. Marcus aũt ait. Anteq̄ꝫ gallus bis. Lucas. cantet. ter me negabis. ⁊ ita pꝛoſequens iſtam. dicit gallum poſt pͥmam negatiõem cantaſſe. Ubi notat Auguſtin⁹ in de ꝯcoꝛdia euangel. ꝙ trina negatio Petri ĩtelligitur quaſi vna negatio ꝯtinuata que totalis incboata eſt ante pͥmum gallicantũ. ꝯſummata eſt aũt ante ſecundum Ideo tres loquunt᷑ de illa habendo reſpectũ ad incboationẽ. Mar. vero ad ꝯſummationem nec repugnat ꝙ vtrũq̄ꝫ chꝛiſtus dixerit. nũc et Mar. ponit de bis. nũc ⁊ alij ponũt ter ad maioꝛẽ exaggerationem. Hec Berſo. poſſet foꝛte intelligi ꝙ gallicantũ pͥmum Petrus nõ audiuit ſꝫ ſcd̄m. ⁊ ita tertio dicere anteq̄ꝫ gall⁹ cãtet. ita vt Petrus audiat. ⁊ h̄ fuit ſecũdus gallicant⁹. Mar. vero ſimpliciter anteq̄ꝫ cãtet. nõ referendo ad Petri audituꝫ Pulcre ſat̄ de h̄ loq̄t᷑ Lyra ſup Matth Poterat foꝛte ⁊ Petr⁹ in pͥma negatõe ter negaſſe anteq̄ꝫ gall⁹ cantaret. qꝛ nõ negant euãgeliſte plures q̄ꝫ tres fuiſſe negatõnes Nec pꝛo textus verificatõe. Sed ecce reſpiciam⁹ in auctoꝛẽ noſtꝝ q̄ coꝛã Caypbaꝛ ꝯſilio congregato ꝯſtitutus. blaſphemat᷑ mľtipliciter ab inimicis. Et foꝛis negat᷑ ab amico cum execratõe ⁊ iuramento. Ex vtroq̄ꝫ creſcit triſticia ⁊ doloꝛ in xp̄o. Et puto amplius ex Petri negatione q̄ꝫ iudeoꝝ blaſphematõe Doluit nõ modice fons pietatis temptatiõeꝫ ad tm̄ inualuiſſe in diſcipulo quẽ vt foꝛtioꝛẽ caput ceteroꝝ ꝯſtituit vt cũ execratiõe ſuũ pſi⁹ negaret cui vſq̄ꝫ ad moꝛtem aſſiſtere ꝑmittebat. Si eniꝫ vſq̄ꝫ ad moꝛtem ꝯtriſtat⁹ eſt duꝫ adhuc futuꝝ cogitabat q̄ꝫtũ doluit dũ pñtem audiuit Agguabat doloꝛẽ in xp̄o ꝙ tam leui diſcipul⁹ temptationi ceſſit. Siq̄dem nõ penis. nõ afflictõib⁹. non terribili poteſtate cuiuſquaꝫ ſed vnius mancipij ſola eſt interrogatione pꝛoſtrat⁹. vt dicit Gregoꝛius. xvij. moralium. .§. lxv. Et quidem inquit idẽ ne ſex⁹ firmioꝛ terribile

monſtraret ancilla eſt inqui
rente temptatꝰ. Ruꝛſuſqꝫ vt
talis ſexus infirmitas etiaꝫ
officiȷ̈ deiectione vileſceret.
nō ab ancilla ſed ab hoſtia/
ria eſt ancilla requiſitꝰ. Lu.
Cōuerſus aūt dn̄s reſpexit
Petrum. Et recordatus eſt
Petrus ꝟbi dn̄i. ſicut dixit.
quia priuſqꝫ gallus cantet.
Mar. bis. ter me negabis.
Reſpectus hic ſm̄ Auguſti.
videt̄ ſpūalis fuiſſe faciēs in
mentē Petri venire quotiēs
iam negaſſet dn̄m. et verbuꝫ
dn̄i quo id futurum ꝑ̄dixit.
Cui videtur ꝯcordare Leo
ſermone q̇ incipit Inter om
nia. Reſpexit dn̄s Petrum ⁊
inter calūnias ſacerdotū. in
ter falſitates teſtiū. int̄ ſeden
tium ⁊ cōſpuentiū iniurias
ꝯſtitutus illis turbatū diſci
pulū ꝯuenit oculis q̇bꝰ eum
preuiderat eſſe turbandū. et
in illū ingreſſa eſt veritatis
inſpectio vbi erat cordis fa/
cienda correctio. quaſi q̄dā
illi vox inſonaret et diceret.
Quid habes Petre. Quid ī
tua ꝯſciencia r̄cedis. Ad me
reuertere. in me ꝯfide. me ſe
quere. mee paſſionis ħ tem/
pus eſt. nondū tui hora ve/
nit ſupplicȷ̈. Quid metuis.
quod ⁊ ipē ſuperabis. nō te
ꝯfundat infirmitas quā re/
cepi. Ego de tuo fui trepidꝰ
tu de meo eſto ſecurꝰ. Cōua
luit vox chriſti in Petro. Nā
Matthēꝰ. Egreſſus foras
fleuit amare. Leo in ſermo/
ne qui incipit Sacramētū.
Felices ſancte apoſtole la/
chryme tue que ad diluēdā
culpā negatōis virtutē ſacri
habuere baptiſmatis. Affu/
it eñ dextra dn̄i Jeſu chri/
ſti qui labentē te ꝑ̄uſqꝫ deȷ̈/
cereris exciperet. ⁊ firmita/
tem ſtandi in ipſo cadendi
periculo recepiſti. Scribit
aūt Clemens in ſuo itinera
rario ꝙ Petrus extūc duxit
in ꝯſuetudinē vt trigintaſex
annis q̇bꝰ ſuꝑuixit poſt do/
minicā paſſionē ſemꝑ ſurge
ret in ꝑ̇mo gallicātu. oraret
flendo vſqꝫ ad horā matuti/
nam. Redeamꝰ nunc ad ea q̄
circa dn̄m ī domo Cayphe
acta memorant̄. Ait ei mat
theus. Princeps aūt ſacer/
dotum ⁊ omne ꝯſiliū quere
bant falſum teſtimoniū con
tra Jeſum. vt eum morti tra
derent. ⁊ nō inuenerunt. cuꝫ
m̄lti falſi teſtes acceſſiſſent.
Marcus ꝯuenientia teſti/
monia nō erant. Nouiſſime

aũt venerũt duo falſi teſtes
tanq̃ꝫ maioꝛa incõuenientia
dicturi. Marcus. Nos in/
ꝗuiunt audiuimꝰ eũ dicentẽ
Ego diſſoluã templũ h̄ ma
nufactũ ⁊ poſt triduũ aliud
nõ manufactũ edificabo Et
nõ erat ꝯueniẽs teſtimoniũ
coꝝ.qꝛ inſufficiens ad moꝛ/
tis ꝯdemnatiõeꝫ. Teſtes illi
dupliciter falſuꝫ teſtati ſunt
ſm Jo. Et qꝛ nõ eodẽ ſenſu
intellexerũt ⁊ teſtati ſũt q̃uo
dicebanꝰ.a xp̃o eñ diceban
tur verba de templo ſui coꝛ
poꝛis.ab illis de tẽplo mate
riali Salomonis. Et ſecũ/
do qꝛ etiaꝫ in ip̃is verbis ca
lũnianꝰ addentes q̃dã ⁊ mu
tantes. Saluatoꝛ dixit non
pꝛecipiendo ſed pꝛedicendo
Soluite.id eſt.ſolueꝛiſ tem
plũ h̄. Jpſi aiũt. Ego diſſol
uã tẽplũ h̄ manufactũ Uos
inq̃t ſoluite.nõ ego.quia illi
viſcera eius. Actuū.ij. q2 in felixania nō erat digna trā ſire per os quod Jeſuz fuit oſculatū. Et mag; offendit Judas dn̄m ſm̄ Hierony. ſup pſal.cviij. dſperando q̄ȝ ipm tradendo Et iſta mor/te ſingulariter interijt. vt fie ret ſocius demonū. q̄ in ae/re torquentur. Jtem vt hoc ſcelus Jude celo ꝛ t̄re oſtē/deref. O duricia iudeoꝝ. q̄ſ nec precij reſtitutio. nec pro prij opatio ſuſpendij emolli uit. vt crederent iuſtū et ino centē fore chriſtum. Princi pes aūt ſacerdotū acceptis argenteis dixeruut. Non li cet eos mittere in corbanaz quia p̄ciū ſanguis eſt. Cor/bana erat archa in q̄ oblatō nes ſacerdotum ponebanf. Muſach in q̄ olim oblatio nes regum ponebanf ꝛ p̄n/cipum. Gazophilatiū ẜo in quo oblatiōes aliorū popu lorum ꝛ pauperū reponebā tur Et quia p̄ncipes attēde runt qſiti.xxx. argentei eēnt p traditionē. Hiero. O ve/re liquentes culicē cameluȝ glutientes. Si ideo nō mit tunt precium in corbanam ꝛc. cur igif auſi ſunt ſangui nem effundere innocentez.

Conſilio aūt inito emerunt agrum figuli in ſepulturaȝ pegrinorū. q̄a p̄cium de ſan guine erat. Aug⁹. Diuina p uidentia factum eſt. vt p̄ciū ſaluatoris non pereat. ſȝ pe grinis reqẜez miniſtret. Pro pter hoc vocatus eſt ager il le lingua hebraica achelde/mach. hoc eſt. ager ſanguis vſq3 in hodiernū diē Tunc adimpletū eſt qd̄ dictuȝ eſt p Jeremiā p̄pham. Et acce perūt.xxx. argēteos. licȝ iſta auctoritas n̄ ſit in libro Je/remie quē nos habem⁹ T̄n Lira dic̄ ſe vidiſſe iſtam au ctoritatem de verbo ad ver bum in quodā libro hebrai co qui dicebatur eſſe Jere/mie prophete. Multi enim libri pphetarum apud nos non habentur. Uel ſm̄ ali/os. Jeremiā nō eſſe d̄ textu. nec etiam in antiquis eſſe li bris. vt dicit Hieronym⁹ ſȝ abſolute prophetā. et ſic in/telligere debemus Zacha/riam. quia Zacharie.xj. ha/betur iſta ſententia. licȝ ver ba aliquantuluȝ ſint muta/ta. Precium.xxx. de. appre/ciati. id eſt ipſius chriſti quē appreciauerūt a filijs iſrł. q2 iſtō p̄ciū fuit ꝯſtitutū inter

Judam ꝛ ſacerdotes q̄ erāt de filijs iſrl'.ꝛ dederunt eos in agrū figuli ſicut cōſtituit mihi dn̄s Hoc eſt additum ab euangeliſta.i.ſic ꝯſtitutū eſſe reuelauit mihi dominꝰ. Scd̄m Jero.ꝛ Leonē papā hoc ſuſpendiū.ſ.iude factū eſt ante chriſti crucifixionē. Tamen aliq̄ volunt vt Augꝰ.ꝙ poſt chriſti reſurrectionē ſit factum.eo ꝙ ſacerdotes illa die occupati erāt circa chriſti mortem. et alio die circa paſcha.ꝛc̄. Leo papa. Recognouiſti te peccaſſe ꝛ oblitꝰ miſcōia dei fuiſti. te ſuſpēdiſti.ideo magis deſperādo q̄ꝫ tradendo offendiſti. Judei aūt nō introiuerunt in p̄toriū.i.in domū in q̄ iudiciū ſanguis tractabatur ꝛ gentilis.qꝛ tanq̄ꝫ excōicatos reputabant.eo ꝙ ydola adorarēt. Et iudei nō intrabant p̄toriū vt nō ꝯtaminarent̄.ſed vt manducarent paſcha.i. azimos panes. q̄s nō licuit his ſeptē dieb̄ꝫ mādūcare niſi mūdis.ſed nō timebāt effundere ſanguineꝫ innocentē ꝛ tn̄ timebāt inq̄nari ī domo aliena. Tracta de ſumētibus euchariſtie ſacramentū. Exiuit ḡ Pilatus foras ad eos.honorando.ſciens ꝙ ipſi nō intrarēt Et dixit. Quam accuſationē affertis aduerſum hoīeꝫ iſtum admirās et indigne ferens ꝙ ꝓpria auctoritate hominē ligaſſent adhuc nō cōuictū coraꝫ iudicio. Uidēs ꝑo eum ligatū in ſignū mortis.et romani nō damnabāt niſi ſcirent cām.ideo Pylatus more romanorū cauſaꝫ mortis inq̄ſiuit. qꝛ ab imperatore romanoꝝ iudex miſſus ꝛc̄. Reſpōderūt et dixerunt. Si nō eſſet hic malefactor nō tradidiſſemꝰ eū tibi.quaſi dicerent. Nos examinauimus eū in ꝯſilio noſtro.ꝛ inuenimꝰ dignū morte.quare nō oportꝫ aliā examinatōeꝫ inſtaurare. Dicit ergo ill' pylatus. Accipite eum vos et ſ̄m legē veſtrā iudicate euꝫ. q.di. Si ſufficit veſtra examinatio. ſufficiat ꝛ vr̄a ſententia.yronice ꝛ indignatus iſta ꝓtulit.q̄a ſciuerat ꝙ neminē poterant cōdemnare. Dixerūt ergo iudei. Nobis nō licet interficere quenq̄ꝫ. q̄a poteſtas nobis ablata ē p̱ ceſarem. vt ſ̄mo Jeſu impleret̄ quē dixit. ſignificans qua morte eſſet moriturus.

quia tradendus eſſet gētib⁹ ad illudēdū ꝛc. Unde q̄a iu dei viderūt pylatū indigna tum. ceperūt eum in multis accuſare dicētes. Hūc iue nimus ſubuertentē gentem noſtrā. et ꝓhibentē tributa dari ceſari. ꝛ dicentē ſe xp̄m regem eſſe. Joh. vj. Noluit eſſe rex neq̄ effici. ꝛ inde ac cuſat de iactantia. Primuꝫ articulū Pylatus q2 genti lis. nō curauit cultum iude orū an ſubuerteret. Audie rat nihilominus q xp̄s do cuerat ſeruare legē ꝛ q plu ra miracula fecerat circa eo rum infirmos. Secunduꝫ articulum ex publica fama nouerat eſſe falſuꝫ. q̄a xp̄us dixit. Reddite q̄ ſunt ceſarꝭ ceſari. et que ſunt dei deo. Tertium ꝟo articulū. quia tangebat auctoritatē ceſarꝭ ideo vt plenius huius arti culi veritatē iueſtigaret. in troiuit Pylatus in pretoriū ꝛ vocauit Jeſum. et interro gauit eum dicēs. Tu es rex iudeorū. quaſi diceret. Eſt ne verū q tu aſſeris te regē iudeorū. cōtra voluntatem Auguſti. qui regnū iudeoꝝ incorpauit romano impio. Et reſpōdit Jeſus. Tu di cis. Et cum in multis accu ſaret a principib⁹ ſacerdotū ꝛ ſenioribus populi. dicit il li Pylatus. Non audis q̄n ta aduerſum te dicunt teſti ſtimonia. Et non reſpondit ei amplius ad vllū verbuꝫ. ita vt miraret preſes vehe menter. Ambroſi⁹ ſup Lu cam. Accuſat domin⁹ et ta cet. quia defenſiōe non indi get. Sic accuſata Suſan na tacuit et vicit. Melior ē eīn cauſa que nō defendit ꝛ probat. Et Auguſtin⁹ ſup Johannē. Itaq̄ dominus Jeſus vbi nō reſpondebat ſicut ouis ſilebat. vbi ꝟo re ſpōdebat ſicut paſtor doce bat. Introiuit ergo iterū in p̄toriuꝫ Pylatus ꝛ vocauit eū. ꝛ dixit ei. quia index ve ritatem inq̄rens multotiēs debet interrogare. Ideo in quit. Tu es rex iudeoꝝ. Au dierat forte de xp̄o q in ſua puericia fama erat q̄ndo pa ter Herodis fecerat occide re pueros ꝓpter ꝟba magoꝝ dicentiuꝫ. vbi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ. ſi ipſe eſſet. et forte ꝑ tunc ſubterfugiſſet. ideo de hoc veritatem ſcire volens Tunc reſpondit ie ſus. A temetipſo hoc dicis.

an alij tibi dixerunt hoc de me. Oſtendens his verbis Pylatū nō ſm viam iuris ꝓcedere. q̄ſi diceret. Si autē hoc a me audiſti. pāde ſigna rebelliōis mee. Si aūt alij tibi dixerūt. tunc ordinariā fac inquiſitionē. Reſpondit Pylatus. Nunquid iudeuſ ſum ego. quaſi diceret. Per me nō concepi. quia nō ſuꝫ tecum conuerſatus. nam gētilis ſum vt noſti. Sed tua de qua natus es progenies ⁊ pōtifices tui tradiderūt te mihi qui deberent te defendere. vtiqꝫ grauiter eos offēdiſti ꝙ ita cōſtanter te accuſant. Quid feciſti. Reſpondit Jeſus. Regnum meum non eſt de hoc mūdo. quaſi diceret. Jgiť non quero regnū tpale quod ſit cōtra ceſarē ſicut iudei me accuſant Nā regnū meum non eſt de hoc mundo. ſed regnare deſidero ſpūaliter in his q̄ nō ſunt de mundo. Unde non negat ſe regem regū. ⁊ dn̄m dn̄antium ⁊c̄. Si autem regnum meum de mūdo hoc eſſet miniſtri mei vtiqꝫ d̄certarent vt non traderer iudeis. Jn hoc cognoſcere ſufficienter potes ꝙ regnum meum nō eſt hic. Dixit itaqꝫ pylatus. Ergo rex es tu. Ac ſi diceret. Ex quo concedis ꝙ habeas regnum non pertinens ad ditionē ceſaris. igitur rex es. declara mihi. vbi aut quale ſit illud regnum. Reſpondit Jeſus. Tu dicꝫ quia rex ſuꝫ ego. quaſi diceret. et bene dicis. Noluit negare. quia rex regū. Declarabo igiť tibi regni mei conditiōem. Ego in hoc natus ſum. ſcilicꝫ natiuitate tēporali. et ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeam veritati. Et omnis q̄ eſt ex veritate audit vocem meā. Ex quibus verbis colligitur ꝙ ad regnum chriſti duo requiruntř. videlicet veritas vt audiaťr. et obedientia vt impleatur. Attēdant mendaces ⁊ vani an ſint de regno dei. an nō. cū ſit chriſtus veritas. videlꝫ ſcripta que eſt ſacra ſcriptura. Jncreata que eſt filius d̄i. Exēplaris q̄ eſt vita xp̄i. Et eterna que eſt deus pr̄. Et huic veritati venit xp̄s teſtimonium ꝓhibere. Dixit ei pylatꝰ. Quid eſt veritas. Et quia tātus amor veritatꝭ vt etiaꝫ ab emulis laudibꝫ efferatur

Nemo em̄ veritatē odit. neq̃ in ſe. neq̃ in ſuis. Jd̄o pylatus illect⁹ amore veritatis inq̃ſitionē fecit dicēs Quid eſt veritas. Jſtius q̄ſtionis reſponſionē non expectauit pylatus ꝑpter plura. Primo q: ꝯdēnaturus erat veritatē. ꝛ amplius peccaſſet. Secundo veritas eſt res valde ſpūalis. vt patuit ſupra. ſed pylatus tp̄alis ſolū. Tertio q: audiuit tumultū iudeoꝝ inſurgere. eo q̄ ſic tardaret mortē xp̄i. ideo exiuit ad ſedandū illū. Quarto. q: xp̄s noluit ipedire paſſionē ſuā. nec vltra differre. Quinto. q: ſcḋm Auguſtinū. Jn ipſa ꝑpoſita queſtione venit ſubito ī mēte pylati ꝯſuetudo iudeorū de vno liberando in paſcha. in memoriā liberationis ab egyptiacoꝝ ſeruitute. Jdeo exiuit iterū ad iudeos ꝛ dixit ad p̄ncipes ſacerdotū ꝛ ad turbas. Ego nullā cām inuenio in hoc hoīe. Attēde ſcḋm Criſ. q̄ efficaciter allegat ꝑ eo. q̄a nō ſciuit nec inuenit cām malicie At illi inualeſcebant dicentes. Cōmouit ꝑplm̄ docēdo ꝑ vniuerſam iudeā incipiens a galilea vſq̄ huc. Hoc dixerunt iudei ad excitādū furorē pylati. ſicut prius inſtigauerat Judam galileū. ꝑpter cōmotionē factā. Bernḣ. O bone Jeſu ꝑpter qḋ ab oīb⁹ nobis merito es diligēdus q: docuiſti ꝛc. ꝑpter hoc nitunt̄ te occidere. Pylat⁹ aūt audiens galileā interrogauit ſi homo gallie⁹ eſſet. Et vt ꝯgnouit q̄ ḋ herodis poteſtate eſſet. remiſit eū ad herodem qui et ipſe hieroſolimis erat illis dieb⁹ ꝑpter diem feſtuꝫ. quia iudeus erat. licꝫ ab alienigenis nat⁹. ſcḋm gloſam. putans q̄ libent̄ liberaret hominē ḋ terra ſua. maxime innocentē. Jtē miſit Pylatus Jeſum ad Herodeꝫ declinans forū iudicum iuxta legem romanoꝝ. quia ſibi execrabile erat innocentē condēnare. Quam legem imitari debēt iudices ꝛ ſcabine qn̄ ſciūt aliquē innocentē. licꝫ ꝯuincat̄. nō tn̄ debēt ip̄m iudicare. ſꝫ poti⁹ iudiciū reſignare aut ad alium eū remittere. licꝫ opinio vulgar̄ ſentiat oppoſitū. vt eſt lucidi⁹ ī gloſa. de offi. iudi. ſuper. c. ꝑnicioſum. ꝛ. c. ſi ſacerdos nāq̄. Herodes āt viſo Jeſu gauiſus eſt vald̄.

pectoralia.ſed inferiꝰ in mol
licie carnea.inꝰ oſſa pectora
lia ⁊ feoralia.⁊ ſic ſurſū aſcē
dit ad cor.Practicē.qꝛ xp̄s ī
altū pependit et miles ſtans
in terra.⁊c̄. Preterea quia ſi
circa pectoralia fuiſſent fra
cta oſſa ꝓpter magnitudinez
lancee que oſtendiꝰ. Sz ſm
Johannē. Exiuit continuo
ſanguis ⁊ aqua.et qui vidit
teſtimoniū ꝑhibuit. et verū
eſt teſtimoniū eiꝰ. Facta ſūt
hec vt ſcꝑtura impleretꝰ. Os
nō cōminuetis ex eo. Exodi
xij. Et iteꝝ alia ſcꝑtura dic̄.
Uidebūt in quē traſſixerūt.
Quare vero ſic depingitur.
dicendū ꝙ pictura eſt laico-
rum ſcriptura.ideo vt exp̄ſſi
us laicis pateat ꝙ lācea cor
xp̄i penetrauerit.in ſignū ꝙ
ex corde dimiſſa eſt nob̄ cul-
pa ꝑ ſuam mortem.hec duo
miracula poſt mortem cōti-
gerunt.ſcilꝫ ſanguis emana
tio ⁊ ceci militis illumiatio.
Sanguis eñ in hoīe mor-
tuo coagulaꝰ.ſed nō in xp̄o.
vt oſtenderet ſe habere pote
ſtatem in corpus etiam ſine
anima. Item tres opiniōes
erant de anima.ꝙ ſcꝫ eſſꝫ in
ſanguine in cerebro ⁊ in cor
de.et in his tribꝫ locis effec-
tualiter queſierūt.licet chri-
ſtus hoc vulnus non ſenſit.
quia iaꝫ mortuus. Hec om
nia facta ſunt hora nona.iō
eccleſia ꝑ grāꝝ actione. can
tat nonas.

## Hora veſpetina

Oſt hec
p cum iam ſero fa-
ctum eſſet.id eſt.
hora veſpertina.
ecce vir quidam nobilis no-
mine Joſeph ab aramathia
ciuitate iudee .qui erat de-
curio ⁊ diues.vir bonus et
iuſtus.eo ꝙ eſſet diſcipulus
domini.occultꝰ autem ꝓpter
metum iudeoꝝ. Hic nō con
ſenſerat conſilio ⁊ actibꝫ eo-
rum.quia et ipſe expectabat
regnum dei. Hic audacter
introiuit ⁊ acceſſit Pylatuꝫ
et petījt corpus Jeſu vt tol-
leret.hec omnia ponūt euā-
geliſte.ad exp̄mendū bonita
tem et reuerentiā iſtius Jo-
ſeph. Celitus eñ prouiſum
eſt vt eſſꝫ diues ꝙ haberet vt
in ſepulturā domini expen-
peret. Nobilius decurio. id
eſt.ſuper decē milites.vt ad
preſidem accedere poſſet.

Juſtus et bonus vt Chriſti corpus accipere mereretur. diſcipulus. nō vnus de. lxxij ſed quia in p̄mitiua eccleſia omnes credentes dicebātur diſcipuli. audacter quia iudeos non timuit. ⁊ ipſi eum h̄ facere nō cauſa diſcipulatus. ſed pietatis autūabant. Petijt corpus Jeſu. quia licitum nō erat ſepelire corpora damnatoꝝ ſine licentia p̄ſidis. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiſſet. ſed illa ammiratio ſm̄ Hieronimū proceſſit ex lenitate ⁊ cordis vanitate. Nemo mireť cum Pylato ꝙ Jeſus tam ſubito mortuus fuit adhuc viuentibus latronibus. quia multa crudelia per totam noctē et diem pertulit. quando latrones inquiete fuerunt Et accerſito. i. vocato centurione. interrogauit ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet a Centurione. donauit corpus Jeſu ioſeph. Venit ergo et tulit corpus ih̄u. Venit autem et Nicodem⁹ qui venit ad Jheſum nocte p̄mū ferens mixturam mirre et aloes. quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jeſu et ligauerunt ī lintheis mundis cum aromatibus. et inuoluit illud Joſeph in ſyndone mūda quaꝫ mercatus eſt. ſicut mos ē iudeos ſepelire. Jſtud vngentum amaritudine ſua coercet vermes a cadauerū corroſione. et a corruptione et putredine. Ex quo patꝫ ſm̄ Chryſoſtomum. ꝙ iſti non habuerunt adhuc de Chriſto plenam ⁊ perfectam fidē non intelligentes. illud p̄s. Non dabis ſanctum tuū videre corruptionem. Unde ſi corpus Chriſti iacuiſſꝫ in ſepulchro vſqꝫ ad diem nouiſſimum non fuiſſet incineratum nec putrefactum. q̄a erat balſamatum diuinitate. Hec depoſitio ſm̄ Bedā et Origenem facta eſt preſente matre Maria que corpus filij ſui de cruce depoſitum ſuis brachijs. vt pie creditur dulciſſimis amplexata fuit. et ſacra vulnera cū inexplicabili planctu materno affectu deoſculata. Jheſus autem ad conſolatiōem matris ita glorificatus eſt ꝙ nulla plaga vel liuor in ſuo corpore apparuit. preter q̄n-

qꝫ vulnera manuum ac pe/
dum atqꝫ lateris.que reſer/
uauit non ex impotentia ſa/
nandi.ſed vt oſtenderet apo
ſtolis et maxime Tho. Ju/
deis et malis chriſtianis in
iudicio extremo. ad inter/
pellandum in conſpectu pa
tris. ad letificanduꝫ beatos
ex intuitu ſue redemptōnis
Non enim dedecorant cor/
pus glorificatum ille cica/
trices.quia clarius radiant
q̄ ſol in firmamento celi.
Et quia corpus lineis in/
uolutum fuit.ideo in eccle/
ſia mos inoleuit vt in alta/
ri non ſericeis aut auro tex/
tis.ſed in ſyndone munda
conſecratur.Jtem licet hec
aromatizatio Chriſti facta
fuit in honorem et reueren/
tiam et a deuotis et eum di/
ligentibus.Tamen factum
in ſe valde miſerabile et la/
mentabile erat.ꝙ ſcilicꝫ tan
te nobilitatis tractabat̄ tan
quam cadauer. Licet pro/
pter diuinum ſuppoſituꝫ ca
dauer non fuit.et ꝙ corona
glorie ſic iacuit proſtrata.
Jn ſignum huius pro gra/
tiarum actoine ſtatuit eccle
ſia dicere veſperas.

## Hora completorij.

Erat aūt in loco vbi cru/
cifixus erat Je/
ſus.ortus.Et in
orto monumentum nouum
in quo nondum quiſquam
poſitus fuerat.et erat exci/
ſum in petra.Jſtud monu/
mentum erat Joſeph. Jn
orto dominus fuit captus.
Jn orto nunc dominus Je
ſus ſepelitur.ad innuenduꝫ
ꝙ per virtutem ſue paſſio/
nis liberamur ab ꝭ peccato
quod Adam commiſerat in
orto deliciarum. Sed di/
uina diſpenſatione in nouo
monumento. in quo non/
dum quiſquam poſit⁹ erat.
ponitur. ne ſua reſurrectio
alteri qui ibi prius poſitus
fuiſſet aſcriberetur. Sicut
enim in Marie virginis vte
ro nemo ante illū aut poſt il
lum conceptus eſt. Jta ſm

Auguſtinum. nemo ante vl
poſt ibidez ſepultus eſt. Ibi
ergo ꝓpter paraſceuē iudeo/
rum quia iuxta erat monu/
mentū poſuerunt corp⁹ Je/
ſu. Nam ſexta feria iam de/
clinabat ad occaſum. ⁊ ſab/
batum incipiebat. eo ꝙ ſm
Hieronimū. iudei incipiūt
computare dies craſtinos a
ſero precedenti. Unde quia
tarde erat non poterant re/
motius ſepelire corpus. ti/
mentes preterire ſabbatum
Non quidem deſpecte. ſ; ſi/
cut mos erat honorabiliuz
corpora iudeorum ſepelire.
quia iuxta propheciaz Iſaie
xj. et erit ſepulcrum eius glo
rioſum. Und' ſanctus Tho
mas. iij. parte. q. v. ar. pmo.
Conueniens fuit Chriſtuz
ſepeliri ad probandam veri
tatem mortis. Non eniz ali/
quis in ſepulcro ponitur ni
ſi iam de veritate mortis cō/
ſtet. igitur Pylatus anteꝗ̄
concederat Chriſtum ſepe/
liri diligenti inquiſitōe cog
nouit eum iam mortuū eſſe.
Item datur ſpes reſurgen/
di. his qui in ſepulchro ſunt
per ipſum. eo ꝙ de ſepulcro
ipſe reſurrexit. ſm illud Jo/
hannis quinto Omnes qui
in monumentis ſunt audi/
ent vocem eius. et qui audie
rint viuēt. Hec ſepult̄a figu
rata eſt in Jona. ſicut ille tri
bus diebus fuit in vētre ce/
ti. ꝛc. Et Joſeph aduoluit
lapidem magnum ad hoſti/
um monumēti ⁊ abijt. Sub
ſecute ſunt autem mulieres
que cum ipſo venerāt de ga/
lilea videntes monumentuz
et aſpicientes quēadmoduz
et vbi poſitum erat corpus
Jeſu. ſedentes contra ſepul
crum. Inter quas Maria
magdalena ⁊ altera Maria
affectu diligenter attende/
bant qualiter tranſacto ſab
bato vngento preparato re
uertentes intrare poſſent ad
perungendum iterato cor/
pus Jeſu. Ex quo manifeſte
patet ꝙ in fide dubitabant.
quia ipſum reſurrecturum
non crediderunt. Ideo bea
ta virgo Maria in qua ve/
ra et certa fides fuit. ad vn/
gendum cum ipſis nō venit
Propter quod dies ſabbati
per anni circulum ad ſui re/
uerentiam ab eccleſia ſpecia
liter dedicatur. Altera autē
die qui eſt poſt paraſcheuen
cōuenerunt principes ſacer
dotum et phariſei ad pilatū

dicentes. Domine recorda/
ti ſumus. Et notabile eſt ꝙ
iudei Pylatum dominū ſu/
um agnoſcentes vt in ſerui/
tutem alienigenarum reda/
cti etiam adulando vt faci/
lius impetrarent. dixerunt
domīe. Seductor ille. Mi
rum ꝙ eorum inuidia ad/
huc non ceſſauit. Seducto
rem tamem ſm Hierony/
mum. recto eū nomīe voca
bant. ſed non talem qualem
intendebant. Eſt enim ſe/
ductio mala a veritate in er
rorem. hanc Chriſto impo/
nebant. ſed falſe mentieban/
tur. Alia a falſitate in veri/
tatem. a vicijs ad virtutes.
Sic Chriſtus ſeductor erat
fidelium. Poſt tres dies re/
ſurgam. Jube ergo cuſto/
diri ſepulchrum vſqꝫ in di/
em tertium. ne forte veniant
diſcipuli eius et furent eum
et dicāt plebi. ſurrexit a mor
tuis. Et erit nouiſſimus er/
ror peior priore. Ait illis py
latus. Habete cuſtodiā ſi/
cut ſcitis. Jlli autem abeun
tes munierunt ſepulchrum
lapidem cum cuſtodibus.
Quia non ſufficiebat ipſis
cuſtodia militum gentiliuꝫ.
ſed etiam cum hoc ſignaue/
runt lapidem qui erat in ho
ſtio monumenti. cum ſigil/
lis ſuis et anulis. Jn huius
ſepulture memoriam eccle/
ſia ſtatuit dicere completo/
rium. Cum vero Chriſtus
animam in cruce tradidit.
mox venit ad infernum. id
eſt. ad limbum patrum. ad
eorum conſolationem et de
monum confuſionem. et ter
tia die reſurrexit de ſepul/
chro. Et ideo iudei militi/
bus ſummam pecunie de/
derunt. vt dicerent ipſum fu
ratum per diſcipulos. Sed
cum accepiſſent pecuniam.
quod factum fuerat dixerūt
Milites enim illi tacere nō
poterant. Nam ipſi fateban
tur ſe vidiſſe choros ange/
lorum. et a iudeis accepiſſe
pecuniam. Et Uincentius
in ſpeculo narrat. ꝙ Joſeph
ab arimathia eadem veſpe/
ra qua ſepeliuit dominum.
iudei eum incarcerauerunt.
ſed dominus liberauit eum
Ex his dictis patet. Cauſa.
Modus. Ordo. et tota ſe/
ries dominice paſſionis ſm
intentionem euangeliſtarū
ſm ordinem et ſm litteram
quem ex toto inſerui. ac ſm
ſeriem rei geſte. De ſcriptis

ꝯcedat nobis ihs. vt ꝑ lamẽta ſue paſſionis perueniamꝰ ad gloriam et gaudiũ beate reſurrectionis. Amen.

Explicit paſſio Jeſu chriſti ſm quattuor euangeliſtas

Egregij magneqꝫ doctrine ſacroꝝ eloquioꝝ interpretis ꝑutilis paſſio ſiue ſermo popularis ꝑ libitu volentiũ meritorie in diebꝫ paraſceues vacare p̄dicationi elegāter exaratꝰ. feliciter incipit.

Blatus eſt. q̄a ipſe voluit Uerba ꝑpoſita yſa. liij. originaliter ſunt ſcpta. Sctā mr̄ eccleſia hodie recolit et peragit ſacratiſſimā ⁊ ſaluberrimā diē qua dñs redemptor et ſaluator noſter Jhs xp̄us filꝰ dei viui verus. ſūme potens. ſapiens et bonus propter obedientiā dei p̄ris ⁊ liberatiōem hũani generis ſe ſponte obtulit ad paſſionē ⁊ mortē. propter quod dicit ap̄lus ad Eph. v. Tradidit ſemetip̄m oblatōem ⁊ hoſtiā ſcꝫ in cruce deo in odorē ſuauitatꝭ. Fuit ei illa oblatio vt dicũt doctores acceptiſſima deo patri. quia ꝓceſſit ex maxima caritate. et vt dicit ſanctus Thomas in tertia par

te sūme obedientia omnib⁹ sa
crificijs antefert. ſm illud. j.
Regū. xv. melior eſt obediē-
tia ꝙ̄ victime. et ideo conue
nientiſſimū fuit vt ſacrifici-
um ſanctiſſime paſſionis et
precioſiſſime mortis chriſti
ex obedientia ꝓcederet. Et
qꝛ ex amore exceſſiuo ⁊ obe-
diētia paterna. atq₃ ꝓ ſalute
nr̄a volūtarie paſſus ē ⁊ mor
tuus. ido dꝛ in ꝟbis p̄miſſis
Oblatus eſt quia ipē voluit
Multis igit̄ cauſa breuitatis
⁊ tedij ſmotōis obmiſſis. di
uina gr̄a opitulāte intendo
dn̄icaʒ paſſionē ex quattuor
euāgeliſtaꝝ hiſtorijs ſcitare
alioſq₃ doctores ſm ꝙ mihi
ꝓpoſui inſerere. Et ſic pn̄teʒ
ſmonē decreui in quattuor
ptes diuidere ſm ꝙ q̄ttuor
ſūt euāgeliſte. Prima ps
erit de captiuitate xp̄i. qūo
xp̄s dn̄s fuit capt⁹ Scda
de ei⁹ ductōe. qūo de vno iu
dice ad aliū fuit duct⁹ Ter
tia de ei⁹ flagellatiōe ⁊ coro-
natione. qūo flagellat⁹. illu-
ſus. ⁊ ad mortē iudicat⁹ fuit
atq₃ ꝯdēnat⁹ Quarta ꝺ e⁹
crucifixiōe ⁊ morte. qūo cru
cifix⁹. mortu⁹. ac de cruce de
poſit⁹ eſt ⁊ ſepult⁹ Hec q̄t
tuoꝛ cū dei adiutorio in pn̄-
ti ſmōe poſt inuicē delibera
ui ob deuotōeʒ h⁹ ſacre diei
enarrare. Et ꝓ impetranda
gr̄a dicat quilibet vnū Pa-
ter nr̄. cū deuotiōe. ob reue-
rentiā paſſionis dn̄ice.

Oblat⁹ eſt
qꝛ ipē vo. Scribi
tur vbi ſup̄. Anq̄
in ꝑticlari deſcēdā ad hiſto
riā paſſiōis dilectiſſimi dn̄i
nr̄i ihu xp̄i. Sciēdū breuit̄
et notādū. ꝙ due ſūt nat̄e in
xp̄o. Una ē diuīa. ſm quam
nihil paſſus ē. nec pati potu
it. cū ſit inuariabil̄. Alia eſt
nat̄a hūana quā iſe ex tp̄e ꝓ
pter nos aſſūpſit ab extriſe-
co. ſm quā maximā paſſiōeʒ
⁊ amariſſimā mortē ſuſtinu
it ꝙ̄ vnq̄ aliqs hoīm paſſus
eſt aut pati pōt in pn̄ti vita.
Qd patʒ ex h̄ ꝙ xp̄s ſup oēs
mortales fuit excellēt bn̄ cō
plexionat⁹. nā fuit caſtiſſime
⁊ puriſſime ꝟgīs fili⁹. ⁊ eius
ſctiſſimū corp⁹ fuit formatū
admirabili virtute diuina ⁊
opatōe ſpū ſcti ꝺ puriſſima
maria. i. ꝺ puriſſimis īmacu
lat⁊ ⁊ mūdiſſimis guttul̄ ſa-
crati ſanguinis. intemerate
et precelſe glorioſe virginis

Marie. vt Damaſcenus in ſuo. iij. dicit. et ſimiliter mgr̄ ſententiaꝝ in. iij. di. iij. et ido q̄nāto xp̄s dn̄s a natura nobilior purior ſincerior delicatior. ꝛ in omnibꝫ ſenſibilibus diſpoſitior fuit cūctiſ ceteris hominibꝫ. tanto quodlibet tormentū in ſua preciosa carne cauſabat valde maiorē dolorē q̄ꝫ in alio hūano corpe qualicūqꝫ. Cū ḡ tormenta xp̄o illata fuerūt non pauca aut parua. ſꝫ multa et magna nimis conſtat. qꝛ ī eo intenſiſſimum cauſabāt dolorem. Ideo ipſe dicit p̄ propbetam Trenorū. j. O vos omnes qui tranſitis p̄ viam attendite et videte. ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus In quibus quidem verbis Chriſtus hortatur omnes fideles ad diligenter inſpiciendum oculis cordis et deuote meditandum magnitudinem et grauitatē ſue paſſionis. tam quo ad triſticiam interiorem q̄ꝫ quo ad dolorem exteriorem et ipſius exceſſum ſuper om̄es huiꝰ tēporis paſſiones. Sed quia eandeꝫ paſſionem ſponte ſuſtulit ex obedientia paterna et pro ſalute ꝛ redemptione noſtra. ideo dicit̄ per ꝓpham Oblatus ē. quia ipſe voluit. Que fuerunt verba in principio poſita.

## De captiuitate xp̄i ihū

Quantuz igitur ad p̄mum vt premiſi qꝛ velim p̄mo dicere de Chriſti captiuitate. ideo incipiam paſſionem eiꝰ ſm̄ Johannem. cui aliĳ euangeliſte conſentiūt. d. prout etiā incipit. B. Auguſtinꝰ. Dominus in die iouis cena facta. ꝛ pedum lotione celebrata. ſacramētoqꝫ ſuſcepto. atqꝫ ſermone deuotiſſimo pleno amore diuino. queꝫ poſt cenaꝫ ad diſcipulos fecit cōpleto. perpetrataqꝫ oratione ad patrem pro diſcipuľ. Cū iam eſſet nox. egreſſus domum cū diſcipulis ſuis duxit eos extra ciuitatem hieruſalem. ꝛ venit cum ip̄is in villam que dicitur gethſemani trans torrentem cedron. in mōte oliueti. Eſt vallis que vocatur cedron ꝓpter multitudinem cedroꝝ q̄ ibi naſcūtur. p̄ quaꝫ vallē fluebat tor

rens de duobꝫ montibꝫ. ſcȝ. de monte ſyon. et de monte oliueti. vbi erat ortus ī quē introiuit ipſe et diſcipuli eiꝰ ſm̄ conſuetudinē. Eundem eñ ortum ſepius cū diſcipulis introierat ad inſtruendum et conſolandum eos. In quo quidē orto capi voluit ſm̄ Altuinū. vt oñderet ꝙ venerat ſatiſfacere ꝓ peccatis ꝑmoꝝ parentū. i. vt pctm̄ quod in orto cōmiſſum fuerat deleret. Paradiſus enim ortus deliciaꝝ interꝑtatur. Sequit̄ in Johāne. Sciebat autem Judas proditor qui tradebat eum locū illuȝ eo ꝙ frequenter. i. ſepe Jhs conuenerat illuc cū diſcipulis ſuis. Tunc dicit illis Jeſus inquiunt Mattheus et Marcus. Omnes vos ſcādalum patiemini. Lyra: id eſt. ruinam facietis in peccatum. in me. i. recedetis a me ꝓpter timorem humanuȝ in iſta nocte. Scriptum eſt ei. Percutiam. i. ꝑcuti ꝑmittaȝ paſtorem. id eſt. Chriſtū Jeſum qui ꝑcuſſus eſt a deo ꝑ ꝑmiſſionem. a iudeis ꝑ illuſionem. a gentibꝫ per flagellationeȝ. ꝛc̄. et diſpergentur oues gregis. id eſt. diſcipuli ex timore fugient. Poſtquā autem ſurrexero. precedam vos in galileaȝ. Lyra. Hoc addit ad conſolatiōem eorū vt ꝗ audita eius morte erāt deſolati. audita eiuſdē Jeſu futura reſurrectione eſſent aliqualiter ꝯſolati. Et ſubaudit Non ſolum promittit eis viſionem ſuam in futura beatitudine et in loco mltuȝ diſtanti. ſed propinqua etiā regione. ſ. in galilea. Reſpōdens autem Petrus quia ceteris feruentior ait illi. Etſi om̄es ſcandalizati fuerīt in te. ego nunꝗ̄ ſcandalizabor. Quaſi di. Si om̄es diſcipuli te dereliquerint ⁊ a te fugerint. ego te nunꝗ̄ dereliquā ſed tibi ſemꝑ viriliter aſtabo Sequit̄ in Luca. Ait auteȝ dn̄s Simoni. i. Petro. Simon ſimon. ecce ſathanas. ſcȝ qui ſaluti aduerſat̄ expetiuit vos Albertus magnꝰ. hoc eſt temptandi poteſtatē iam in vos a deo obtinuit vt cribraret. i. purgarꝫ ſicut triticum a quo ꝑ cribrum ſordes et palee ſeꝑantur. et ita ſeparatus fuit proditor ab alijs. quia vt Lyra dicit. iudas remanſit diabolo ad penam eternam. alij vero apl̄i

trāſierūt ad gl'iaȝ. Ego autē
rogaui ꝑ te vt nō deficiat fi/
des tua.ſ.finaliter. Et tu ali
qn̄ ꝯuerſus.ſ.de pctō ad gra
tiā ꝯfirma frēs tuos.i. exem
plo tue penitētie ꝯforta ne d̄
venia deſperēt.ut dicit inter
lineaꝛ. Seqꝛ in Luca. Qui
ſcȝ Petrꝰ dixit ei Dn̄e tecum
paratꝰ ſum.ꝛ in carcerē et in
mortē ire. Ly. Hoc dixit ex
feruore ꝛ ꝯfidēs de ſua ꝯſtā
tia ꝛ ꝟtute. Jō ꝯſequenꝛ ihs
ꝑdicēs ſibi ſuā infirmitateȝ
ait illi. Amen dico tibi.qꝛ in
hac nocte anteq̃ȝ gallus bis
cantet inq̇t Mar.ter me ne
gabis. Et ſcribūt Math.et
Mar. Ait illi Petrꝰ. Etiaȝ
ſi oportuerit me mori tecuȝ
nō te negabo. Silr ꝛ om̄es
diſcipuli dixerūt.ſ.ꝙ vellent
ſibi aſtare ꝛ nō derelinquere
eū. Et ait Lucas. Cū ꝑue/
niſſet ad locuȝ.i.cū intraſſet
ortū cū diſcipulꝭ ſuis.q̇ qui/
dē ortus inq̇t Nico. de gor.
erat in monte oliuarū iuxta
villā gethſemani.ibi ſcribūt
Math.ꝛ Mar.ait eis. Se
dete h̄ donec vadā illuc.i.ali
q̃ȝtulū lōge a vobis ꝛ orem.
Et ſcribit Mar.ꝙ etiaȝ di/
xit. Sȝ ꝛ vos orate .ne intre
tis in temptatiōeȝ.i.ne tēpta

tio vltima vos ſuperet ſic po
ſtea factū fuit ꝙ ſuꝑati fue/
rūt. Et inquiūt Matthēꝰ ꝛ
Mar.ꝙ dn̄s aſſumpto Pe/
tro ꝛ duobꝫ filijs zebedei ſcȝ
Jacobo ꝛ Johāne.cepit pa
uere inquit Mar.et tedere
et Matth.ꝯtriſtari et meſtꝰ
eſſe. Jſti tres diſcipuli erant
ſui ſecretarij. ꝛ iō eos aſſum
pſit.cogitāſq̄ȝ de horrēda et
terrēda paſſione atq̄ȝ turpiſ
ſima ac amariſſima morte d̄
quā de propinquo ꝓ cunctiſ
pctōribꝫ et peccatricibꝫ paſ/
ſurꝰ erat. ꝛ ſic cepit totus tre
mere ꝛ multū timere. Et di/
xit iſtud verbū; Triſtiſ ē ani/
ma mea vſq̄ȝ ad mortē. Hec
triſticia aīe xp̄i ſꝫm doctores
fuit maxia inꝛ oēs triſticias
huiꝰ vite. Quā q̇dē triſticiaȝ
xp̄s dn̄s aſſūpſit.ſꝫm Hiero.
vt veritatē aſſūpti hois ꝓba
ret. Naꝛale eſt em̄ hōi time/
re mortē. Xp̄s ihs ex natura
li hac triſticia aſſūpta ꝟe cō
triſtatꝰ eſt.ꝛ tāto grauiꝰ q̄nto
corpꝰ eiꝰ ꝟgineuȝ aptius aīe
ſue fuit habitaculū. Et ſi q̄/
riꝛ quare dn̄s cōtriſtabatur.
Rūdendū breuiꝛ ꝛ dicēduȝ.
ꝙ duplex fuit triſticia ī chri/
ſto.ſcilicet.naꝛalis et rōnaꝛ.
ſꝫm ꝑmam ſcilȝ naꝛalē triſta

batur etiam propter mortez
quia eius ſenſualitas et hu
maītas valde horrebat mor
tē de primo ſibi imminentē.
Scdm aliā ꝑo. ſcz. rōnalez
nō triſtabaẜ ꝑꝑt mortē. quia
ſm voluntatē ꝛ iudicium ra
tionis volebat mortē ſuſtine
re ꝑꝑt humani generis libe/
ratōem. ſed ſm Hieronimū
ſm rationē triſtabaẜ ꝑpter in
firma mēbra ſua. vicz infeli/
ciſſimū iudā ac ſcandaluz et
ruinam omniū diſcipulorū
deiectōem. i. ꝑditōem iudeo
rū. ꝛ euerſionē miſere Hie/
ruſalem. q̇bꝫ miſertꝰ ꝛ cōpaſ
ſus fuit. Et poſſumꝰ addere
ꝙ etiā ideo triſtabaẜ. qꝛ pre/
ſciuit ꝙ mors ſua acerbiſſi/
ma ꝛ deſpectiſſima in mltis
adhuc obſtinatis et obdura
tis pctōribꝫ fruſtrari deberz
Ideo nō dixit. triſtis eſt aīa
mea ꝑpter mortem. ſz vſqꝫ ad
mortē. Horra. i. triſticia. que
eſt in me ꝑ ꝑditione impioꝝ
durabit ī me donec mortuꝰ
fuero. Et inq̇t vlterius dn̄s
Suſtinete. i. expectate h. et
vigilate mecū. ſbaudi. ſicē bo
ni amici cū amico ſuo facere
debent in mortꝫ neceſſitate.
Et receſſit ſeu auulſus ē ab
eis inq̇t Lu. q̄ſtū iactꝰ eſt la/
pidis. ſ. ad pedē mōtꝫ oliueti
Et poſitꝫ genibꝫ. Albertus
magnꝰ. vt cū reuerētia oran
dū eſſe doceret. ꝑcidit. inq̇t
aliꝰ euangeliſta. ſubaudi. hu
militer deuote ꝛ reuerenter.
ſup terrā ī faciē ſuā. ſcilz. be/
nigniſſimā ac glorioſiſſimā.
vt hūilitatē mētꝫ oñderet ge
ſtu corꝑis. ꝛ orabat. ſ. patrez
ſuū celeſtē. d. vt ſcribit Mat
the. Pr̄ mi ſi poſſibile ē tran
ſeat a me calix iſte. ſm Aug.
. i. fac vt me ñ moriēte. mors
moriaẜ. hō redimaẜ. celū ape
riaẜ. Videte xp̄us ſic verꝰ hō
ſm ꝯſideriū carnis nolebat
mori. ſi fieri poſſet ꝯ iuſticia
qꝛ ſēſualitas horrebat mor/
tē. Sz ſm iudiciū rōis iuſti
ciā p̄ris īplere ſatagebat q̇ vt
pateẜ exigebat. Et iō volūta
tē ſuā volūtati p̄ris ſubiecit.
d. verūtamē nō ſic ego volo.
Hor. ſ. ſm hūanū affectū. ſz
ſic tu vis. Et nō mea. ſ. ſēſua
litatꝫ mee volūtas. ſz tua fiat
Aug. docet volūtatē hūanā
volūtati diuine ſubijci. Se
quiẜ in textu. Et cū ſurrexiſ/
ſet ab orōne. Albertꝰ magnꝰ.
in q̄ genua flexerat venit gr̄a
ꝯſolatiōis et exhortationis
ad diſcipulos ſuos. et inue/
nit eos dormiētes. Et dicit

Petro. Simon dormis. ſic.
Quaſi diceret. Sic imples
quod promiſeras. Non po/
tuiſti vna hora vigilare me/
cū. Quaſi diceret. Qui vna
hora non potes vigilare me
cum. quid tunc preſumis d
te ꝙ mori mecum promittis
Non tantum feruorem oſtē
dis facto quantum verbo.
Dicit Gloſa interlinearis.
Quia pre ceteris erat gloria
tus. pre ceteris etiam erat in
crepandus. Chriſtus autez
agnoſcens eorum omnium
fragilitatem. exhortatus eſt
eos dicens. Vigilate et ora
te. vt non intretis in tempta
tionem. id eſt. vt non ſupere
mini a temptatione de pro/
ximo imminente videlicz ne
per conſenſum vel opus in
peccatum mortale labemi/
ni. ne me negetis. ne a me fu
giatis. vt poſtea factum fuit
Et ido ſubdit cauſam. ſcilz
quare deberent vigilare et
orare dicens. Spūs quidē
promptus eſt. ſcilicet. ad di/
cendū ꝙ eſtis parati pro me
mori. caro autez infirma. ſcz
ad ſuſtinendū imminentem
temptatōem. Hoc aūt dixit
Chriſtus Jeſus inquit Ly/
ra. quia apoſtoli dixerant ex
magno ſpū prius mortē ſub
ire q̄z ipm negare. cuius ta/
men contrarium fecerūt im
pulſi carnali timore. Iteruz
ſecūdo abijt et orauit dicēs.
Pater mi ſi nō poteſt hic ca/
lix tranſire niſi bibam illum
fiat voluntas tua. Quaſi di.
Si non poteſt genꝰ huma/
nuz aliter redimi niſi ꝑ mor
tē meam. nō mea ſed tua vo/
luntas fiat. Sed ex h poſſet
aliquis dubitare et querere
an fuerit poſſibilis alꝰ mo/
dus liberatōnis noſtre q̄z ꝑ
paſſionez Chriſti. Ad quod
breuiter reſpondendū et di/
cendum ſm ꝙ dicit ſanctus
Thomas in tertia parte ſū/
me. q. xlvj Aliquid poteſt di
ci poſſibile vel impoſſibile
dupliciter. Uno modo ſim/
pliciter ⁊ abſolute. Alio mō
ex ſuppoſitione. Simplici/
ter igitur ⁊ abſolute loquen
do. poſſibile fuit deo alio mo
do hominē liberare q̄z ꝑ paſ
ſionem Chriſti. qꝛ nō eſt im
poſſibile apud deū omē ver
bum. i. factuz. vt dr Luce. j.
Sed ex aliqua ſuppoſitione
facta fuit impoſſibile. qꝛ eñ
impoſſibile eſt dei pſcientiā
falli ⁊ eiꝰ volūtatē ſiue diſpo
ſitionē caſſari. ſuppoſita pre/

ſcientia et preordinatiõe dei
de paſſione Chriſti.nõ erat
ſimul poſſibile Chriſtũ non
pati et hominẽ alio modo ꝙ̃
per eius paſſionem liberari
Et eſt eadeꝫ ratio inq̃t Tho
mas de omnibus his q̃ ſunt
preſcita et preordinata a deo.
Hec Thomas.Sequitur.
Et venit iterum ad diſcipu
los ſuos.et inuenit eos ſcilꝫ
ſecundario dormientes.pre
triſticia. Erant enim oculi
eorum grauati.ſcꝫ ſomno p̃
vigiliarum longitudine et tri
ſticie magnitudine.Et ideo
ignorabant quid reſponde/
rent ei.Et relictis illis iterũ
abiit.et orauit tertio eundẽ
ſermonem.ſcilꝫ quem prius
dixerat et orauerat.Augu⁹.
et Gloſa.Math.xxvj.dicit.
Orauit tribus vicib⁹ domi/
nus.vt de preteritis pecca/
tis veniam.et a preſentibus
malis tutelam.et a futuris
periculis cautelam orem⁹.
et vt omnem orationẽ ad pa
trem et filium et ſpiritũſan/
ctuꝫ dirigamus. Et cũ chri
ſtus oraret et anxiaretur. ap/
paruit ei inquit Lucas an/
gelus de celo. Lyra.viſione
corporali in ſpecie humana
gaudens, inquit Albertus
magnus de reparatione an
gelice ruine. Infinituꝫ gau
dium fuit eis.ſcꝫ beatis an/
gelis de peccatoꝝ reparatio
ne.confortans eum. Gloſa
et Hugo.id eſt.ad modum
confortantis ſe habens.ſcilꝫ
ei aſſiſtendo per modum ſer
uientis vel ſeruitutis.vel for
te verba conſolatoria dicen
do.Quod factum fuit vt in/
quit Lyra.ad confirmandũ
fidem diſcipuloꝝ.ꝙ Chriſt⁹
Jeſus maior ſit angelis ra/
tione deitatis. Per ħ etiam
inquit Lyra.oſtenditur ꝙ ĩ
eo erat vera humanitas que
confortabatur contra triſti/
ciam inſurgentem in parte
ſenſitiua ex apprehẽſiõe mor
tis imminentis. Et nota ꝙ
Hugo inquit ſup Lucam.
Quamuis Chriſtus verus
homo eſſet.nulla tamen ege
bat conſolatõne angelica vl'
humana.ſed totum factum
eſt ꝓpter nos. Propter nos
enim triſtis fuit.et ꝓpter no/
ſtram inſtructõem conſola/
tus.vt p hoc ſciamus ꝙ tri/
bulatis pro Chriſto non de
eſt diuina conſolatio. Hec
ille. Uel ſm quoſdam vt di/
cit Theophilus. Iſta ange
li ꝯfortatio fuit Chriſti glo/

rificatio Dicebat em̄ angel⁹ glorificās eū. Dn̄e tua ē vir/tus. tu potes ꝯ morte ꝛ infernū gen⁹ humanū liberare. et ſil'ia. Poſt h̄ dicit ſanct⁹ Lucas. Et fact⁹ in agonia. id ē. anxietate ꝛ reluctatōe certaminis int̄ ſenſualitatē ꝛ rationē. ſenſualitas em̄ timebat mortē ꝛ volebat nō mori. rō aūt volebat mori ꝓ ſalute generis hūani. Et ſic ꝓlixius orabat. Ex q̄ patꝫ in q̄t Hora. mēt' ei⁹ mirabil' ꝯſtantia. qꝛ in tāta neceſſitate ꝛ anxietate ꝓlixius deo vacabat Et oſtendens ꝑ h̄ vt Lyra dicit ꝙ in maiori neceſſite magis debet hō orationi inſiſtere. Seq̄t̄ in Luca. Et fact⁹ ē ſudor ei⁹. ſ. xp̄i ih̄u. ſicut gutte ſanguīs decurrēt' in terraꝫ. Et h̄ ſic elucceſcat. Cum em̄ dn̄s in mōte oliueti ꝓlixius oraret. cor ei⁹ ſanctiſſimū inflāmabat̄ ꝛ totū corpus ſuū digniſſimū ac īnocētiſſimū ex orādi feruore et amore exceſſiuo. ꝛ ardētiſſimo deſiderio. q̄ eſtuauit pati et mori ꝓ nr̄a ſalute ꝛ redēptōe. ꝛ ex vehemēti anxietate q̄ꝫ ei⁹ hūanitas habebat erga mortē. atqꝫ forti reluctatōe ꝛ certamine ſenſualitat' ꝛ hūani timoris. mortē maxīe horreſcent'. ꝛ aduerſus mortē certant'. vt apertis poris de oībꝫ mēbris. ꝛ poris ſui puriſſimi ꝛ ſanctiſſimi corporis ſudor feruētiſſim⁹ rubicūdus ꝛ ſanguine⁹ erūpēs ꝛ effluēs vſqꝫ ad terrā abūdāter guttatimqꝫ largiſſime decurreret. et in tanta abūdantia. in q̄t Bern̄. ꝙ omnē locū orōis irrigabat. Et h̄ factū ē ex ſpeciali dn̄i volūtate ꝓ humani generis ſalute ꝙ eius ſenſualitas ꝑmittebat̄ pati. illō q̄d eſt ſibi ꝓpriū. ita ꝙ diuinitas ex ſpeciali chriſti volūtate e⁹ paſſionē nō mitigauit aut īpediuit. alias em̄ xp̄us nihil pati potuiſſet. Sudauit autem non ſimplicem ſudoreꝫ ſed ſudorem mixtū ſanguīe. vt dicunt doctores diuini. quia xp̄us tam ſubtilis fuit cōplexionis. ꝛ ſudor tam vehemens: ꝙ in exitu ꝑ poros tingebat̄ ſanguine. Eūdemqꝫ ſanguinē dicit Albertus ſuper Lucam. anguſtia de ipſis venis extorſerat. ꝛ multe inquit fuerunt gutte ſubaudi rubicūde et ſanguinee. que per veſtes quas habuit ad terraꝫ diſtillauerunt. O conſidera hic purum cor et

fidelis chꝛiſtiane.quanta ꝙ̃
amara.et ꝙ̃ anxia fuit paſſio
et moꝛs tui redemptoꝛis.cu
ius ſola ymaginatio tantuꝫ
naturam īmutauit.ꝙ pꝛe ve
hementi anguſtia ſudoꝛem
ſanguineū ſudauit. Et ideꝫ
ſudoꝛ rubicundꝰ ⁊ ſanguine
us in illa hoꝛa membꝛa ſua
tam copioſe ꝑfudit .ꝙ iā nō
diſtillabat.ſed vt pꝛemiſſum
eſt vſq; ad terrā abundanter
guttatimq; largiſſime dcur
rebat. Unde Bonauentura
in ſuo plāctu exclamat.Cō/
tremiſce ⁊ ſcinde coꝛ meum
miſerū.⁊ ſanguineis lachꝛi/
mis madeſce.quia ecce crea
toꝛ meꝰ ſanguineo ſudoꝛe ꝓ
me ꝑfunditur. nec leui qui/
dem.ſed decurrente in traꝫ.
Inſpice ergo anxietateꝫ mi
tiſſimi Jeſu qua angebatur
cū totum coꝛpus ex oī par/
te ſanguineo ſudoꝛe mana/
ret.Ad hūc ſuauiſſimi ſudo
ris balſamū.egrotis ꝓficuū
medicando feſtina.ne tarda
ueris. Unde Anſelmꝰ quēli
bet fideleꝫ hoꝛtatur dicens.
Quid ſtas. Accurre et ſua/
uiſſimas illaſ guttas lambe
ſubaudi.meditando deuote
Et ſubdit. Noli tu doꝛmire
cum Petro.ne merearis au

dire.ſic nō potuiſti vna hoꝛa
vigilare mecum. Tunc ſcilꝫ
poſt tertiam oꝛationem ve/
nit.ſcilicet.tertio ad diſcipu
los ſuos. et quaſi compati/
endo eis pꝛopter temptatio
nem eis de ꝓximo īminentē
dicit illis. Doꝛmite iam et
quieſcite. Quaſi di. Jā mo/
dicū poteſtis q̄eſcere.tamen
ꝓ illo modo q̄ poteritꝭ facite
Cōſiderate h̄ magnā in xp̄o
dn̄o pietatē.q̄ q̄to magꝭ ap/
pꝛopinq̄uit ad moꝛtē. tanto
magꝭ oñdit coꝛdis benigni/
tatē ⁊ dulcedieꝫ. Et cū pau/
lulū q̄euiſſent.poſtea cū ſcie
bat iudā appꝛopinq̄ntē dixit
eis. Sufficit. Albertꝰ.tātuꝫ
q̄euiſſe.venit hoꝛa. Albertꝰ.
mee traditōis ⁊ vr̄e diſꝑſio/
nis. Ecce filiꝰ hoīs. Albertꝰ
in nat̄a quā cōeꝫ hꝫ cū hoīe.
tradet̄ in manꝰ. Albertus. h̄
eſt in ꝑtātem petōꝝ q̄ pecca
būt ī ip̄m. Surgite.ſ. a ſom
no.eamꝰ. Albertꝰ.obuiā ꝓ/
ditoꝛi.vt oēs ſciāt ꝙ volūta/
rie me offero paſſioni. Ecce
appꝛopiq̄bit q̄ me tradet.q̄ſi
di. Nolo me abſcondere ab
eo nᶜ eū fuge q̄uis bn̄ poſſē
ſed volo ſibi obuiare vt cog/
ſcatꝭ me volūtarie capi ⁊ mo
ri. Et adhuc eo loquente.ſ.

Jeſu cū diſcipulis ſuis Ec/
ce Judas proditor venit ī or
tum cū magna multitudine
armatoꝝ cū gladijs et fuſti/
bus. laternis ⁊ facibꝰ accen/
ſis. quia iam nox erat vñ ve/
nerūt cū luminibꝰ vt viderēt
meliꝰ ad ligandū et capiēdū
Jhm. Et quidā gloſator ſu
per Johānem dicit ad com
ꝓhenſionē xpi ⁊ gētiles et iu
dei cognouerūt. Eiſdem cō
ꝓhenſoribꝰ dederat Judas
traditor ſignū di. Quēcūqꝫ
oſculatꝰ fuero ip̄e eſt. Alber
tus. qꝛ ſciuit ꝙ oſculū pacis
ille q̇ venerat pacem facere
nulli negaret. tenete eū. ⁊ du
cite euꝫ caute. vicꝫ. ne vobis
euadat. Hoc iō faciebat ne
ꝓ Jeſu caperēt Jacobū al/
phei. q̇ erat valde ſil'is xp̄o in
facie. ꝓpter qđ dicebat̄ ſpēa/
liter frater dñi. vt Lyra dic̄.
Et antecedebat eos. ſcꝫ Ju
das proditor. inimicos xp̄i
magiſtri ⁊ dñi ſui. Jn q̄ oſtē
ditur ſua magna malicia. ꝙ
mgr̄m ſuū q̇ tot documenta
amoris et vite ſibi dederat.
cuiꝰ diſcipulus erat. et tot ei
bñficia impēderat. ſtatim vi
li pro p̄cio vendebat. ſcꝫ. xxx
argenteis. eodem p̄cio pro q̄
Joſeph venditꝰ eſt a fratri/

bus ſuis. vt hēt̄ Geñ. xxxvij.
Jn venditōne eīn Joſeph p̄
figurata fuit venditio Chri/
ſti. Sequit̄ in Johāne. Je/
ſus itaqꝫ ſciens oīa q̄ vētu
ra erant ſuꝑ eū. volūtarie ꝓ
ceſſit eis obuiam. ⁊ dixit ad
eos. ſcꝫ ad Judam et ſuos
ſibi occurrētes. Quē queri/
tis. Et rñderūt ei. Jhm na/
zarenuꝫ. Dicit eis Jhs dñs
noſter. Ego ſū. Ecce ſignuꝫ
volūtarie paſſiōis. qꝛ nō ſo/
lū eos expectauit. nec ſolum
eis obuiauit. ſed ⁊ ſeip̄m eis
manifeſtauit. qđ niſi feciſſet
nec Judas q̇ cū ipſis ſtabat
nec aliq̇s eoꝝ eū agnouiſſꝫ. Et
h̄ factū eſt virtute diuina. vt
inq̇t Lyra. Hoc etiā manife
ſtius innuit̄ per h̄ qđ ſubdit̄
vt g̊ dixit eis. Ego ſum. abie
runt retrorſum. ſcilicet Ju/
das traditor et alij. et cecide
runt. cꝫ reſupini in terram.
Jn q̄ apparet ꝫm Chryſo. ꝙ
nō ſolū eū cōprehēdere ñ po
tuerūt nolentē. ſꝫ nec videre
in medio exiſtenteꝫ niſi ipſe
ꝯcederet. Vult etiā Chryſ.
ꝙ ipſos ꝑcuſſit acriſi. id eſt.
pena cecitat̄. qua quis rem
coram ſe poſitam apertis o/
culis videre nequit. Et ideo
chriſtus dominus per hoc

oſtendit ſuā magnā diuinā virtutē ꝛ oīpotentiā ꝙ vni/co verbo hoſtes ſuos ꝓſtra uerit in terram. ꝛ ſi mille mi lia fuiſſent eum cape nō po tuiſſent niſi voluiſſ; et eis li centiā dediſſet. Hoc etiā fe/cit dominus ideo vt q̄ntu; in ſe eſſet daret Jude ꝛ aliis cōuerſiōis materiā. viſo ſue potētie miraculo. Poſt hoc vt dicit Ambro. ꝑmiſit eos dominus ſurgere. ꝛ ſtās im motus in loco ſuo. iterū̄ ſci/licet interrogando dixit eis Quem queritis. Jlli aūt ite rum reſpōderūt ꝛ dixerunt. Jeſum nazarenu;. Jterato interrogauit eos domin⁹ ſi/gnanter ꝓpter duo. Primo ꝓpter oſtenſionē ſue potētie Secūdo vt q̄ntū in ſe erat daret eis materiā conuerſi/onis et ceſſionis a peccato. Et ſic tandem poſtq̄ͦ in ma licia ꝑmanſerunt. ꝛ ſe reco/gnoſcere nolentib⁹. copiam ſe capiendi tribuit. Reſpon/dit et dixit. Dixi vobis pri⁹ quia ego ſum. Et ſm̄ Raba nu;. vltio addidit. Si ergo me queritis ſinite hos abi/re. Hoc impatiue dixit et p̄/cepit. ſc; vt ſuos diſcipulos

non caperent. q. d. Sic vo/bis poteſtatē me capiēdi in dulgeo. vt nō habeati; pote/ſtatē meos diſcipulos mo/leſtandi. Sequit̄ in Luca. Tunc iudas appropinqua/uit Jeſu. Gorra. ſc; corꝑe q̄ de longe erat mente. vt oſcu laret̄ eum Et Jeſus dixit il li Matth. Amice ad q̇d ve niſti. quaſi diceret. O iuda. licet me tradideris. licet tur bam hanc ad meā ꝑditōne; ꝯgregaueris. age adhuc pe nitentiam. ꝛ paratus ſum te recipe ad meā gratiā ꝛ ami/ciciam. At ille. ſc; durus et obſtinat⁹ in ſuo falſo ꝛ infi/deli corde. confeſti accedēs ad Jeſu; ſicut lupus ad a/gnum ꝛ brachia ſua apiens ſalutauit eum dicens. Aue rabbi. Et oſculatus eſt eu;. Criſoſtom⁹ in Omel̄. La/bia domini oſculabat̄ Jn q̄ apparet vt Lyra dicit. maxi ma chriſti manſuetudo. qui non negauit oſculum ſuo ꝓ ditori. O q̄ͦ falſa amplexa/tio. q̄ͦ falſa oſculatio ꝛ q̄ͦ fal ſa ſalutatio hec fuit. Ample xatus eſt eum que; volebat relinquere. Oſculat⁹ eſt eu; quē volebat tradere. ſaluta/

uit eum quem volebat occi dere.i.in mortē dare. Man ſuetiſſimus aūt domin⁹ tan te fuit humilitatꝭ.ꝙ neqꝫ ru ſticitatem ſibi dixit.neqꝫ in/iuriam ei fecit.ſed cum ma/gna benignitate euꝫ recepit dicens. Amice ad quid ve/niſti. Glo. non ꝙ dominus ignoraret.ſed vt ad conſide randū finem euentus indu ceret. Domin⁹ aūt vidēs cō ſummatā ei⁹ maliciā et pec/catū eius manifeſtū.terruit eum immanitate criminis. et dixit illi vt inquit Lucas Juda oſculo.i.oſculi ſigno filiuꝫ hoīs tradis.i.in ſigno charitatis facis ꝑditionem ꝛ homicidiū dādo me ī mor tem. Et dicit Matth. Tūc acceſſerunt ꝛ manus iniece runt in Jeſum.ꝛ tenuerunt eum. Poſt oſculuꝫ ꝛ quādo chriſtus ꝑmiſit ꝛ capi voluit.tunc peccatores ꝛ hoſtes Chriſti acceſſerunt ſicut lu pi ad agnum.non vnus.ſed vnanimiter ſimꝉ impetuoſe ꝛ terribiliter.ꝛ manus ſacri legas iniecerunt in eū. oīm ſaluatorē ꝛ liberatorē inde/bite ꝛ irreuerenter.et tenue/runt eum captiuū iniuſte et fortiter. non ſꝫm diuinitatē ſed humanitatē.quia ſic fie/ri elegit. Modus dicitꝰ Jo hannis.xviij. Cohors ergo id eſt turba vꝉ mꝉtitudo mi litum in vna ſocietate cōſti/tuta.ꝛ tribunus.i. capitane us eorū vel ſuꝑior qui ipſis ꝑerat.illi erant gētiles ꝛ mi/niſtri iudeorū.iſti erāt iudei cōprehenderunt ieſum. ſub audi.quaſi maleficū ꝛ mor/te dignuꝫ.qui tamen nunꝗ̄ fecerat malū.ꝛ ligauerūt eū Tales eīm digni morte pre/ſentabanꝰ iudicibus legati. vt dicit gloſa. Sed nunꝗ̄d molliter innocentiſſimuꝫ et piiſſimū dominū ipiiſſimo/rū miniſtri ligauerūt. Cre/dendū eſt ꝙ non.ſed duriſſi me tāꝗ̄ latroniſ peſſimi ma nus ꝛ nimis exoſi.ꝗ̄uis ipē in nullo obſiſteret.nec ī ali/quo obloqueretur. ſꝫ tanꝗ̄ agnus manſuetus duci ſe ꝑ mitteret. Jteꝫ qꝛ ſciebāt mi niſtri quanto turpius ꝛ quā durius chriſtū tractarēt tā/to plus ſuis dominis place rent. Jtem dicitꝰ ꝙ impoſue runt catenā collo ſuo ꝛ liga/uerunt ſanctiſſimas manuſ ſuas. vt Bernar.inꝗ̄t in cō/

templationib9. ſubaudi du
riſſime. Item fortiter liga/
uerunt eum. ne eis euadere
et aufugere poſſet. Quia in
hoc fuerunt moniti a iuda.
dicente eis. tenete eum ꝛ du
cite caute. Albert9. ne đ ma
nibus veſtrꝭ arte nigromã/
tica elabať. Uidentib9 autē
diſcipulis ꝙ chriſtus capt9
erat non fugerunt. ſed vene
runt ad adiuuandũ eum. d.
vt Lucas ſcribit. Domīe ſi
ꝑcutimus. Horra. i. ſi ꝑmit/
tis vt ꝑcutiamus. in gladio
Et anteq̄ꝫ chriſtus reſpon/
ſum daret diſcipulis Petr9
qui erat ardētior ceterꝭ eua
ginato gladio āputauit ſer/
uo Cayphe q̄ vocabať mal
chus auriculā dexterā. Uo
lebat aũt eum plus leſiſſe. ſi
forte non ceſſiſſet cum capi
te. Tũc ait Jeſus Petro. vt
Joh. dicit. Calicē quē de/
dit mihi pr̄. ñ bibã illũ. q. d.
ſm Ly. paſſionē quã ordia
uit pr̄ celeſtis ad ſalutē hũa
ni generꝭ debeo patiēter to/
lerare Mitte gladiũ tuũ in
vaginaꝫ. Et ſubdit dñs. vt
Mat. ſcribit. Oēs eī q̄ acce
perit gladiũ. i. temere. idebi
te ꝛ ꝓpria auctoritate contra

ꝓrimuꝫ extraxerint. gladio
ꝑibunt. i. incidēt in gladiũꝫ
eťne maledictõis. An putas
qꝛ ñ poſſũ rogare pr̄eꝫ meũ
ꝛ exhibebit mihi mõ pluſq̄ꝫ
xij. legiões angeloꝝ. Legio
vna ꝯtiet. vj. milia. vj. cētos
lxvj. Aduertēdũ tñ vt iq̄t ly
ra. ꝙ xp̄s ñ dicꝫ. ꝓptꝫ ꝙ idi
geret auxilio angeloꝝ. ſꝫ ma
gis ecõuerſo ipſi idigēt ſuo
auxilio. ſꝫ vt oñdat ꝙ mltꝭ ꝛ
pl'ib9 modis potať euadere.
Jõ ipſe ſubiũxit. d. Quõ ḡ i
plebũť ſcp̄ture d. qꝛ ſic optꝫ
fieri. Et ſubdit ſm Lu. Si
nite vſqꝫ huc. q. d. ſm ly. Nõ
moueat vos qđ ē futurũ. qꝛ
ꝑmittēdi ſũt vt me ꝯphēdãt
ꝛ ipleanť ea q̄ đ me ſcp̄ta ſũt
Et cũ tetigiſſꝫ. inq̄t Lu. au
riculã ei9 ſanauit eũ. ſubau/
di. i pñtia oīm. qꝛ nob i exē/
plũ noluit aliquē ꝓpť ſe ledi
vt ꝛ nos ſm apl'm. nõ malũ
ꝓ malo. ſꝫ bonũ ꝓ malo red
dam9. Ibi etiã notãdũ ꝙ q̄
dã deuot9 dñice paſſiõis cõ
templator ſcribit et allegat
Ber. hoc dicere Proſtraue/
rũt ihm duriſſime ſup traꝫ.
ſic ipſe ꝓſtrauerat eos. et ap
podiauerť ſup pect9 e9 ꝛ ſpu
erũt i faciē eius. ꝛ duriſſime

ſtrinxerunt collū ei⁹.⁊ liga/
uerunt manus eius ad iui/
cem.Et ſm ipſum.ſ. Bern̄.
tantuꝫ eum anxiauerūt ꝙ ex
ſudore ſanguineo q̄ adhuc
ex nimia anxietate mortꝭ de
fluebat ꝑ totam faciem eiuſ
⁊ os ſuum.⁊ex ſputis iudeo
rū quibus illitus fuit in ge
nis.ac etiā ex colli eius con
ſtrictione oīno ſuffocat⁹ fu/
iſſet niſi diuina virtus eum
ad vlteriora ꝓ nobis tolerā
da reſeruaſſet. In illa hora
dixit domin⁹ ſcꝫ manſuete ⁊
pie.turbis.i.armatis euꝫ cir
cumſtantibus.Tanꝗ̄ ad la
tronē exiſtis cum gladijs et
fuſtibus ⁊ lignis cōprehen/
dere me.cū tamen quotidie
apud vos eram.docēs in tē
plo ⁊ non me tenuiſtis.qua
ſi dicat.tūc nolebam. ſꝫ nec
nunc poſſetis me capere ni/
ſi ꝑmitterem ⁊ ſponte veſtrꝭ
manibus me ſubijcerē. Et
ſubdit chriſtus domin⁹. vt
Lucas ſcribit.Sed hec eſt
hora veſtra .Ly.i.vobis cō
ceſſa ad me ꝯprehendendū
⁊ poteſtatꝭ tenebraꝝ.Alber
tus.hoc eſt. principis tene/
braꝝ.Lyra.quia diabolus
tenebrarū princeps eos ad
hoc icitabat.Et dicūt Ma
the⁹ ⁊ Mar.Hoc aūt totuꝫ
factum eſt vt implerenť ſcri
pture ꝓphetarum. Lyra.q̄a
ſcriptum erat ď eo ꝙ tracta
retur ſicut malefactor et la/
tro.Criſ.Qui quādo tent⁹
eſt dominus ꝑmanſerūt.qñ
autem locut⁹ eſt hec ad tur/
bas.fugerunt.Vñ duo euā
geliſte Matth.⁊ Mar.ſcri
bunt.d.Tunc hora .ſcili/
cet in neceſſitate maiori.di/
ſcipuli omnes relicto eo.id
ē chriſto magiſtro ſuo .Hor
ra.inter manus hoſtilis po
puli.fugerunt.Lyra.timo/
re ꝑterriti. Beda. Implet⁹
eſt ſermo domini quo dixe
rat.ꝙ omnes diſcipuli ſcan
dalizarenť in illo. in iſta no
cte.Hoc erat ſpecialꝭ dolor
et pena chriſto .De illo eniꝫ
inter omnes dolores ſpecia
liter conq̄riť. vt Job.xix.in
ꝑſona eius dicitur.Fratreſ
mei elongauerūt a me.et no
ti mei quaſi alieni receſſerūt
a me. Nam omnes corꝑali
ter et ſpiritualiter fugerunt
ab eo ⁊ ceciderunt de fide.ꝑ
ter Mariā matreꝫ eius me
ſtiſſimā.quia fides ſemꝑ in
corde eius virgico ardebat

nunq̄ extincta. Et ī huius ſignu atq memoriā in ma/tutinis oēs candele iſtis tribus diebus extinguunt̄. dēpta vna. Sic habemus q̄liter chriſtus dominus ꝑ nobis tentus et captus eſt. Et ſic patet ꝑmum principale.

Quantum

q ad ſecundū iam audiem⁹ q̄liter dn̄s ductus fuit de vno iudice ad aliū. Erant em̄ duo magni viri in populo qui regebāt populū alternatiꝫ. vn⁹ vno anno. alius alio anno. ſcilicet Annas ꝛ Cayphas. Annas erat antiquior ꝛ erat ſocer Cayphe. Cayphas aūt regebat ꝑpl'm. qn̄ chriſt⁹ captus fuit. Sed quia annas erat antiquior ꝛ magn⁹ domin⁹. ideo qui ceperāt chriſtum duxerūt eum ꝑmo ad domum anne. et ꝓpter honorem ꝛ ꝓpter leticiā. Et ibi inquit Albert⁹ mag. de accuſationib⁹ ſuis tractare inceperunt. Eſt etiam alia ratio quia chriſtus Jeſus coram iudicib⁹ pluribus ꝯdemnatus. videretur magis dign⁹ morte. ſequit̄ in Mat. Adoleſcens aūt q̄dam ſequebat̄ eum amictus ſindone. i. veſte linea. ſuꝑ nudo ſcꝫ corꝑe q: non habebat aliā veſtem Lyra dicit. Quia iſte nō nominat̄ hic. ideo dicunt aliq̄ ꝙ fuit Jacob⁹ frater domini. Alij ꝙ fuit Johānes euangeliſta q̄ iunior erat inter apl'os. Alij aūt dicunt ꝙ fuit q̄dam iuuenis de domo illa in qua ꝯmederant paſca. Hec Nico. de Ly. Et tenuerunt eū. At ille relicta ſyndone. nudus ꝓfugit ab eis. Cum aūt xp̄s adduceret̄ ad domū Anne. tunc ſequebatur eū Simon petrus inq̄t Johānes a longe. ꝛ ali⁹ diſcipul⁹. i. Johānes ſm Auguſtinū. ita ꝙ iudei nō videbāt eos. q: tenebre erāt. Videntes aūt ꝙ Jeſus ītroductus eſſet in domū Anne. introiuit ipſe iohānes cū alijs in atriū. Petr⁹ aūt ſtabat ad hoſtiū foras. Exiuit ḡ Johānes ꝛ ꝑ ancillā hoſtiariaꝫ Petro ingreſſum īpetrauit. Ancilla ꝑo intuita petrū dixit ei. Nunq̄d ꝛ tu ex diſcipulis es hoīs iſti⁹. Tūc negauit ꝑmo. ſ. ſimpl'r ex timore ſubito. d. Nō ſum. mlier. nō

clamauit ieſus voce magna dicẽs. Heli heli. lamazaba thani. hoc eſt. Deus meꝰ deus meus. vt quid dereliquiſti me. Hoc fuit quartũ verbum de ſeptem verbis que Chriſtus protulit in cruce. Et dixit ſignanter bis. deuſ meus. deus meus. propter duplicez naturã in eo exiſtẽtem. hoc eſt. deus meus cu/ius ſum filius per naturam inqꝫtum deus. Deus meus cuius ſum filius ꝑ vnionis gratiam inqꝫtum homo. vt quid. id ẽ quomõ vel quare dereliquiſti me. Hec dice/bat Chriſtꝰ inqꝫtum homo nihil de deo patre conque/rens. ſed ſoluz ſue exceſſiue anxie horrẽde maxime et a/mariſſime paſſionis magnitudinem exprimens. quaſi di. ſm humanitatẽ Deꝰ meus. id eſt pater meus. vide/ris me quaſi dereliquiſſe ꝗ dimiſiſti me in manibus occidentium. et tot penis atqꝫ calamitatibus me expoſui/ſti. vt non ſit dolor ſuper dolorem meum. Et volũt quidam doctores ꝙ Chriſtus Ieſus infra iſtas tenebras incepit orare hunc pſalmũ. Deus deus meus reſpice ĩ me. vſqꝫ ad illum verſiculũ In manus tuas domie cõ/mendo ſpiritum meum Et eſt valde vtile et ſalubre le/gere illos decem pſalmos quos in cruce Chriſtꝰ ora/uit. Sequitur Quidaz autem illic ſtantes. ſcilicet ro/mani vt dicit Hieronymꝰ. ⁊ audientes dicebant. Ec/ce helyam vocat iſte. nõ in/telligentes hebraicum. Videamus an veniat helyas. liberans eum. Poſtea ſci/ens Ieſus. quia omnia cõ/ſummata ſunt. Gloſa ordi/naria. Omnia que oporte/bat fieri anteqꝫ acciperet a/cetum et traderet ſpiritum. vt hec etiam ſcriptura con/ſummaret. In ſiti mea po/tauerũt me aceto. dicit. Sitio. Et hoc fuit quintũ verbum de ſeptem verbis que Chriſtus Ieſus protulit ĩ cruce. Sitiebat quidez dupliciter. ſpiritualiter ſcilicz et corporaliter. ſpiritualiter ſitiebat ſalutem humani generis. Corꝑaliter vo ꝓpter maxiaz paſſiões ⁊ afflictões

quā ſuſtinuit. Tantū enī vt dicit Nico. d Ly. laborauerat. et de ſanguine emiſerat. qꝛ corpus eius erat deſiccatū ꝛ aduſtum. ꝛ ꝓpter hoc ſupra modum ſitiuit. ꝛ talis ſitis inquit. ē maximū tormētum. Attamē adhuc magis ſitiuit noſtrā ſalutem. Jō ait Sitio. Et ſtatim occurrēs vnus accepta ſpongia iple/uit eam aceto. ꝛ circūponēs yſopo. qui eſt herba amara. vt amarioꝛ fieret. cū arundine obtulit oꝛi eius. Cū ḡ accepiſſet. i. guſtaſſet ieſus acetū. dixit. Conſummatuꝫ eſt. Hoc erat. vj. ꝟbū. Conſummatum. i. poſtq̄ celoꝝ rex ꝛ domin⁹ omniū. guſtauit a/cetū ſeu mirratū vinuꝫ. i. cū mirra q̄ amariſſima eſt ꝛ felle mixtū. dixit. cōſummatuꝫ eſt. i. ꝑfectum ꝛ ↄpletū eſt teſtimoniū ſcꝑture de me. Dederunt in eſcā meā fel ꝛ in ſiti mea potauerūt me aceto. Et poſtq̄ oēs ſcripture q̄ d xp̄i natiuitate. ↄuerſatione. ꝛ vita. ꝑdicatiōe ꝛ paſſione. ↄplete ſunt. dicit. Conſummatū eſt. ſcꝫ opus redēptionis humane ꝑ ſcripturas ꝑ nunciatū. q. d. Conſummatū eſt op⁹ obedientie mee qđ aſſumpſi. Cōſummatuꝫ eſt opus toti⁹ paſſiōis mee. q̄ tot ꝛ tātas penas doloꝛes ꝛ martiria ſuſtinui. qꝛ et vita mea. ſ. coꝛpalis iam cōſum/mata eſt. ergo pater mi. tibi hec ſcꝫ toꝛmenta martiria ꝛ moꝛtē offero ꝓ humani ge/neris ſalute. et tu ea ſuſcipe paterna pietate. Hec auteꝫ paſſio ſacratiſſima ꝛ digniſ/ſima ꝛ moꝛs nobiliſſima ac ꝑcioſiſſima domini nr̄i Jeſu chꝛiſti fuit maxime meri/toꝛia inq̄ntū a ratione deli/beratiua erat. maxime acceptata ꝓpter ſalutē ꝛ liberta/tem humani generis. Seq̄tur. Cū ergo dixit. Cōſummatū eſt. Tunc iterū clamauit voce magna di. Pater ī manus tuas cōmendo ſpi/ritum meum. Hoc fuit. vij. ꝛ vltimū verbū. Et hoc di/cto incliato capite tradidit ſpirituꝫ. Hic quilibet dicat dn̄ice expiratōni vnum pater noſter. cū gratiarū actione. Ubi notādū ſm Albertum magnuꝫ. q̄ chꝛiſtus a natiuitate ſua habuit triginta tres annos ꝛ tres menſes qn̄ in cruce obijt. Et iu vi/

ceſima q̄nta die marcij paſſ⁹
fuit ī meridie. h̄ eſt in die an
nūciatōis btē Marie v̄giniſ
in q̄ xp̄s ↄcept⁹ eſt. eadez die
elapſo tp̄e p̄dicto paſſus eſt.
Ulteri⁹ ſciendū q̄ int̄ oīes
penas paſſiōis xp̄i iſta pena
morti fuit acerbiſſima. quia
int̄ oīa terribilia terribiliſ
ſimū eſt mors. Et Ber. dicit
q̄ vltīa ſepatio aīe ꝛ corpis
eſt ſup̄mū doloꝛ. Et h̄ ē ſm
Damaſ. ꝓpt̄ inclinatiōez aīe
ad corp⁹. Et fuit ſpēalis rō ī
xp̄o de tali aīa ꝛ tali corpore
cui vtriq̄ȝ diuinitas vnita fu
it in vnitate ſuppoſiti. vnde
oportuit q̄ illa ſepatio eſſet
maxie penal̄. Itē h̄ patet ex
ſimultate morientiū mēbroꝝ.
quia vt dicūt doctoreſ. ī xp̄o
aīa ſepabat̄ ab oībꝫ mēbriſ. ñ
ptē poſt ptē relinquēdo. quē
admodū ī plībꝫ ↄtigit. q̄ pe
des p̄mo moriūt̄. deinde alia
mēbra. Sȝ ī xp̄o manus. pe
des. cor. oīaq̄ȝ exteriora mē
bra atq̄ȝ totū corp⁹ ſil̄ morie
bantur. Hec fuit valde dura
mors ꝛ amara. Naȝ vt dicit
ſctūs Tho. ī. iij. pte ſūme. q.
xlvij. ar. ij. Ut xp̄s oñderet q̄
paſſio illata p violētiā e⁹ aīaȝ
nō eripiebat. nat̄aȝ corpalez
in e⁹ vigore ꝛ fortitudīe con
ſeruauit vſq̄ȝ ad extremū. vt
etiam ī extremis poſit⁹ voce
mag̃ clamarȝ. qd̄ int̄ alia mi
racula mortiſ ei⁹ cōputat̄. Ex
q̄bꝫ ꝓbabilit̄ patꝫ p̄t q̄ mors
ei⁹ fuit acerbiſſima. ī. duriſſi
ma et amariſſima mors. q̄ȝ
vnq̄ȝ aliq̄s hoīm paſſus eſt.
aut pati p̄t ī p̄ñti vita. Seq̄t̄
Clamāte igit̄ dño ꝛ moriē
te ī cruce. hac lugubri xp̄i vo
ce ↄtremuit t̄ra. q̄ſi nō valēs
ferre dñm ſuū pēdētē. ꝛ non
potēs ſuſtinere xp̄i mortem.
Et petre ſciſſe ſūt in ſignū q̄
corda q̄ntūcūq̄ȝ dura debe
rēt compati xp̄o morieti. Et
monumēta aperta ſūt. ad de
notādū q̄ reſurrectio xp̄i et
alioꝝ cū ip̄o r̄ſurgētiū ꝓpinq̄
erat. ꝛ ī ſignū r̄ſurrectōis fu
ture. Atq̄ȝ velū tēpli etiā ſciſ
ſū eſt. vt p h̄ figuraret̄ ipletā
eſſe v̄itatē. q̄ ī figuriſ latebat.
ꝛ celū apertū qd̄ añ clauſuȝ
erat. Et mlta corpa ſctōꝝ q̄
dormierūt. nō añ xp̄m ſȝ cum
xp̄o ſurrexerūt. Uñ Hiero⁹.
glorioſus. Dñ xp̄us mortu⁹
fuit tūc mlta monumēta ap
ta fuerūt. ſic q̄ corpa mortuo
rū videbāt̄ iacētia ī ſepulcriſ.
ñ tñ adhuc ſurrexerūt. ſȝ poſt

q̄ xp̄s ſurrexit tūc p̄mo ſur/
rexerūt Hec ille. Et dr̄ ī tex.
Et exeūtes de monumētis pꝰ
reſurrectiōez eiꝰ venerūt ī ſan
ctā ciuitatē.ſ.hierl'm.ꝛ appa/
ruerūt mltis. Hec igit̄ mag/
nitudo ſignoꝝ ſignat vt cru
cifixū dn̄m ſuū celuz et terra
ꝛ oīa q̄ ī eis ſūt demōſtrarēt
O q̄ntum pia mr̄ eiꝰ tūc dole
bat qn̄ h̄ fieri videbat. Und̄
Augꝰ. Cogitare libet q̄ntꝰ
doloꝛ tūc fuerit matri cū ſic
dolebāt q̄ inſenſibilia erant.
nō lingua loq̄.nec mēs cogi
tare valebit q̄nto doloꝛe tūc
tenebat̄ aīa marie. Sequit̄.
Cēturio et q̄ cū eo erāt viſo
terremotu timuerūt valde. d.
Uere filiꝰ dei fuit iſte. O hō
coꝛ tuū oīm lapidū duricia
durioꝛ.ſi hodie nō cōpateris
libatoꝛi ꝛ ſaluatoꝛi tuo. Et
de q̄libꝫ tali ꝯq̄rit̄ btūs Hie
roꝰ.d. Omīs creat̄a xp̄o mo
riēti cōpatit̄.ſol obſcuratur
t̄ra mouet̄.petre ſcindūt̄.ve/
lū tēpli diuidit̄.ſepulcra ape
riūt̄.et ſolꝰ miſer hō n̄ ꝯpatit̄
redēptoꝛi ſuo. Idcirco ꝯpa
tiamur ei atq̄ȝ regr̄tiemur.ꝛ
pn̄iam agāꝰ. Nr̄a eīpctā ſūt
cā ſue acerrīe paſſiōis q̄s pa/
tiētiſſime ꝛ īnocētiſſime ꝓ no
bis tolerauit. Moꝛtuo igit̄
dn̄o ī cruce.milites vtriuſq̄
latronis fregerūt crura. Ad
ih̄m āt cū ꝑueniſſent vt vide
rūt eū iā moꝛtuū .nō fregerūt
eiꝰ crura.ſȝ vnꝰ militū. Lōgi
nus noīe tūc impiꝰ et ſupbꝰ.
poſtea vō ꝯuerſus ꝛ martir
factꝰ.latus eiꝰ lancea apuit.
et graue ſeu grāde vulnꝰ ī la/
tus ſuū ſanctiſſimū dextruȝ
intulit. Et ꝯtinuo exiuit ſan
guis ꝛ aq̄.miraculoſe ad no
ſtrā redemptōneȝ.qꝛ vt dicit
Chꝛyſ. Cōtra naturā e... vt
de coꝛpe moꝛtuo fluat ſan/
guis. Item nec de aliq̄ moꝛ
tuo aq̄ pura ſolet emanare.
Signat aūt apertio lateris
apertionē regni ꝑ moꝛtē xp̄i
Un̄ euāgeliſta vt inq̄t Aug.
ſignāter dicit apuit.ꝛ nō di
cit vulnerauit.vt īnuat q̄ ibi
q̄dāmō hoſtiū vite aptū eſt.
qꝛ inde ſacramēta eccl'ie ema
nauerūt.ſine q̄bꝰ ad verā vitā
nō intrat̄. Sāguis q̄ de late
re exijt ſignificat recōcilia/
tionē et redēptōem nr̄aȝ per
ſanguinē factā. Aqua vō ſig
nificat baptiſmum. ꝑ quē a
pctis nr̄is mundamur.q̄ hꝫ
ſuū effectū cū ſāguīe xp̄i.q̄a
ſic ſanguis xp̄i ꝑ ſuū meritū

lauit nos a pctis.ita baptiſ-
m⁹ rc̄. Et idō ſāguis verus ⁊
aq̄ vera ⁊ pura vt dicit q̇daꝫ
gloſator ſuꝑ Joh̄. ⁊ Nico. ꝺ
lv. ſimul de late ei⁹ exierunt.
Itē notandū ſm reuelatōꝫ
Brigitte. ꝙ punctura lācee
ita cor penetrauit ꝟginis. ꝙ
miꝝ fuit ꝙ nō ſtatim crepu-
it. ſi de⁹ nō ſuſtētaſſet ⁊ robo-
raſſet ꝑ ꝟtutē patiētie. vel ſi
nō ſciuiſſet mūdū ꝑ paſſiōeꝫ
filij redimēduꝫ. Quia tanta
fuit caritas quā ipa habuit
ad hūanū gen⁹ ꝙ eo patien-
ti⁹ ſuſtinuit paſſionem. licet
de hoc maxime doluit Ipſe
erat ſibi q̄ſi cor ſuū. ħ eſt. q̄n
cor xp̄i lācea fuit vulneratū.
tantū doluit ac ſi ꝑ ꝓpriū cor
ſuū trāſfixa fuiſſet. Cōſide-
ra nunc q̄ta fuit malicia iu
deoꝝ q̇ adhuc nō fuerūt ſa-
turati penis ⁊ oꝓprobrijs xp̄i
in vita ei⁹ illatꝭ q̇n etiā eū ꝑſe
querēt̄ mortuū. Seq̇t̄ i tex.
Cū āt ſero factum eſſꝫ. vicꝫ.
q̄n venit hora veſptina q̇dam
vir q̇ erat nobil̄. q̇ dicebatur
Joſeph. et erat diſcipulus
Chriſti occultus. iuit ad Pi
latum et petijt vt tolleret cor
pus Jeſu chriſti. qui mortu
us fuerat in cruce. Et quan
do Pylatus ꝑ certo cogno-
uit ꝙ chriſtus erat mortuus
et quia Joſeph erat nobilis
ſibiq̄ꝫ familiaris ⁊ not⁹ iuſſit
ſibi corp⁹ reddi. Et accepto
corpe ioſeph. ſ. de cruce. veīt
⁊ Nicodem⁹ ad crucē. nō ad
pylatū. inq̇t quidā gloſator
ſuꝑ Johannē. quia forte nō
ſic not⁹ erat ei. Et acceperūt
ſcꝫ Joſeph ⁊ Nicodem⁹ cor
pus chriſti. d. Grego. ꝙ ma-
ter depoſitū corpus blande
tāgebat et cū lacrimis oſcu
labat̄. Et inuoluerūt. i. liga
uerūt honorifice cū aroma-
tibꝫ q̄ parauerūt. ⁊ poſuerūt
illud in monumēto quodaꝫ
nouo lapideo. in q̇ nōdum
q̇ſq̄ꝫ poſit⁹ fuerat. Et aduol-
uit Joſeph ſaxum magnum
ad hoſtiū monumēti. ⁊ abijt
Horra. ne poſſet dici per vio
lentiam ablatum. ſine auxi-
lio enim plurium ſeu multo
rum non poſſet ſic clauſum
aperiri. Sic patet quartum
principale quomodo Chri-
ſtus dominus noſter cruci-
fixus. mortuus. ac de cruce
depoſitus eſt ⁊ poſtea ſepul
tus. Fuit autem iſta ſepul-
tura Chriſti facta conueni-
enter facta triplici de cauſa.

Primo ad cōprobādū vt in
qͥt ſctūs Tho. ꝙ xp̄s vere fuit
mortuꝰ. Nō em̄ aliq̄s ī ſepul
cro ponit̄ niſi qn̄ iā de veritate
mortꝭ ꝯſtat. Scd̄o ꝯueniēs
fuit xp̄m ſepeliri. d. s. Tho.
qꝛ ꝑ h̄ ꝙ xp̄s reſurrexit de ſe
pulcro dat̄ ſpes reſurgendi
ꝑ ip̄m his q̄ ſūt ī ſepulchro.
Fuit etiā tertio ꝯueniēs xp̄z
ſepeliri ad exemplū eoꝝ q̄ ꝑ
mortē xp̄i ſpūalit̄ moriūtur
pctis. q̄. ſ. abſcōdūt̄ a ꝯturba
tione hoīm. i. nō patiūt̄ hūa
nā ꝯturbatōez. ꝓpt̄ pacem et
quietē quā hn̄t in ſuis ꝯſciē-
tijs. qꝛ tales pacificū ⁊ q̄etū
animū hn̄t. Et d̄ talibus d̄r
Sap. iij. Illi aūt ſūt in pa-
ce. Gloſa mentali ꝑpetue q̄e
tis. nūc in ſpe. tandem in re.
Ad quā nos merito paſſio-
nis dn̄i nr̄i Ihu xp̄i ꝑducat
deꝰ oīpotēs pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpi-
ritusſanctꝰ. tres ꝑſone. ⁊ vnꝰ
verus deꝰ. q̄ ſine fine viuit et
regnat. Amen.

Sermones tres de paſſi
one dn̄i finiūt. Impreſſi Ar
gētine. Anno dn̄i. M. cccc.
xc. Finiti in die ſancti Luce
euangeliſte.

Anſelmi deuotiſſimi de paſſione Jhu xpi querētꝫ et glorioſiſſime Marie v̄ginis reſpondentꝫ. dyalogus inci/ pit feliciter.

# b Eatus

Anſelmus ꝑ ſingl'a queſi/ uit paſſioneꝫ Jhu chriſti. ⁊ beata Ma ria reſpondit per ſingula.

Queſiuit ergo ſic primo Anſelmus. Dic domīa cha riſſima quale fuit initiū paſ ſionis filij tui. Reſpōdit ma ria. Quando filius meus ce nauit cum diſcipulis ſuis. ſurrexit Judas. ꝑncipes ſa/ cerdotum adijt. et filiū meū ꝑ triginta argenteis vēdidit Anſelmus. Quales fue/ runt denarij. Maria. Yſ/ mahelite pro quibꝫ etiā Jo/ ſeph vēditus fuit ante quat/ tuor milia annorum. et here ditaria ſucceſſione deuolu/ ti ſūt ad illos iudeos q̄ eme rūt filiū meū. et vnuſq̄ſqꝫ de cē denarios valuit vſuales. Judas v̄o ita auar⁹ fuit q̄n vidit deum ꝙ eū ꝑ eis vendi dit. et tamen chriſtus ei ſepe predixit. ſed ille ſe per h̄ non emendauit. Anſelmus. Fuiſti tunc cum filio et di/ ſcipulis. Maria. non. ſꝫ ſci/ as ꝙ filius meus cenauerat et pedes diſcipuloꝝ lauerat et corpus ſuum et ſanguinē dederat diſcipul' ſuis. ⁊ dul/ citer eis predicauerat. ⁊ Ju/ das pontifices adierat. fili⁹ meus de monte ſyon cū di/ ſcipulis per portam ad na/ tatoriam ſyloe vbi erat hor/ tus quem introiuit et diſci/ pulis dormientibꝫ aſcendit ad pedem montis oliueti ꝗ̄ tum ad iactum lapidis a di/ ſcipulis et orauit patreꝫ ſuū ſic. Exaudi me dom ne q̄m benigna ē miſericordia tua. ſc̄m multitudinem miſeratō nū tuaꝝ reſpice in me. Et ne auertas faciem tuā a puero tuo. q̄m tribulor velocit' ex/ audi me. Intēde anie mee ⁊ libera eā. ꝓpter inimicos me os eripe me. Anſ. Quare adorauit. Maria. ꝓpter tres ratōnes. Prima ꝙ delicate nutritus eſt. vtpote fili⁹ vir/ ginis et de ſtirpe regia nat⁹. Sꝫ quia magis dolent no biles cū ledūt' ꝗ̄ ignobiles.

Secūda, q᷑ tanta anguſtia eū inuaſit q̄ guttas ſanguineas ſudauit de toto corpe ſuo q᷑ de⁹ fuit quia omnia q̄ pati debuit p̄ſciuit. videlicʒ conſpuitōnem flagellatōem blaſphemias .crucifixiōes. ⁊ ſic hmōi. Licet em̄ fur ſciat q̄ mori debeat. tam̄ neſcit qūo mors ſapit. niſi qn̄ funis collū ſtringit. Fili⁹ me⁹ om̄ia preſciuit tanq̄ꝫ deus ⁊ homo Tertia quia preſciuit quia iudei nō deberent eius miſereri. Et quando ſic orauit. Pater ſi poſſibile ē trāſeat a me calix iſte. Veruntamē. ⁊c̄. Angelus dn̄i apparuit ei ꝯfortās eū ⁊ dixit. Conſtans eſto. mō gen⁹ humanū redimere debes. Poſt hoc filius me⁹ ad diſcipulos rediens eoſq̄ꝫ dormiētes inuenit Quib⁹ et dixit. Nō potuiſtꝭ vna hora vigilare mecum. ⁊ adiecit. Ecce appropinquabit q̄ me tradet. Et ecce Judas aduenit cuʒ turba mag̃ dixitq̄ꝫ iudeis. duo ita pares ſunt. ſcʒ Jacob⁹ et Jh̄s. quē oſculat⁹ fuero ip̄e ē tenete eū. Et cū Judas accederet cuʒ turba. proceſſit Jh̄s ad eos dicens. Quem queritꝭ. Qui reſponderūt. Jeſum nazarenū. Quib⁹ ipſe. Ego ſū. Cū dixiſſet. ego ſum. om̄es ceciderūt retrorſū. Iteruʒ dixit Jeſus. Si me queritꝭ. ſinite hos abire. vt ſcp̄tura ipleretur. Quia q̄s dediſti mihi nō perdidi ex eis quēq̄ꝫ. Tūc accedens Judas oſculatus eſt eū. Cui dixit. Juda oſculo filiū hominis tradis. At illi iniecerūt man⁹ in Jeſuʒ et tenuerūt eum. Tunc Petrus eduxit gladiū ⁊ pcuſſit eum q̄ vocabat Malchus.

Anſel. Fecit ibi aliqd miraculum. Ma. Filius meus applicauit ſibi ſeruum et curauit auriculā eius. et dixit Petro. Mitte gladiū in vaginam. Om̄is em̄ q̄ accipit gladiū gladio p̄ibit. An putas quia nō poſſum rogare patrem meū. et exhibebit mihi plus q̄ꝫ duodecim legiones angelorꝫ. Tūc om̄s diſcipuli relicto eo fugierunt.

Anſ. dicit Fuiſti tunc cū eo. Maria. Non. Anſel. Quare tūc eum tantū diligeres. Maria. Nō inſtabat et nō expediebat vt iuuencule foras inuenirent Anſ. Ubi tūc fuiſti. Maria Fui

in domo ſororis mee matris Johānis euāgeliſte Anſ. Quando vel a quo fuit tibi nunciatū quod factum fuit. Maria. Audi nunc Anſelme qđ eſt nimis lamentabile. venerūt diſcipuli currentes et lacrimabiliter dicētes Chariſſima dn̄a dilectus filius tuus capt⁹ eſt. ⁊ neſcim⁹ quo ducat̃. Jam ligat⁹. neſcimus vtrum ſit occiſus vł q̄cq̄d ſit actū de eo. Anſ. Fleuiſti tunc dn̄a. Maria. Licet ſcirem ꝙ humanū genus redimere deberet. tamē ꝓpter maternū affectū doloris. gladius de quo Symeon predixerat animā meam ꝑtranſiuit Anſ. Quo tūc ductus fuerat. Maria. De horto ꝑ vallez ioſaphat. per portam q̄ aurea vocabat̃ ducebatur in palaciū ſcribarū et pontificum et phariſeoꝝ iuxta templū. in domū Anne. et queſiuit Annas de doctrina eius et diſcipulis. et ipſe reſpondit. Ego palam locutus ſum mūdo. ſemper docui in ſynagoga ⁊ in templo in quo om̄es iudei conueniunt. et in occulto locut⁹ ſum nihil. Quid me interrogas. interroga eos q̄ audierunt q̄d locutus ſum ipſis. ecce hi ſciūt q̄d dixerim ego. Tunc aſſiſtens vnus miniſtroꝝ dabat ei alapam et inexperte crudelitatis dicens. Sic reſpondes pōtifici. Filius autē meus vt agnus reſpondet ei. Si male locut⁹ ſum. teſtimoniū perhibe de malo. ſi aūt bene. quid me cedis. Tūc ligauerūt oculos eius tanq̄ꝫ furi. ⁊ illuſerūt ei tota nocte ſpuentes in faciē eius dicentes. Prophetiza q̄s eſt qui te ꝑcuſſit. Johannes vero exiſtens intus quia notus erat pōtifici introduxit Petrū. quem videns hoſtiaria dixit. Tu vn⁹ ex diſcipulis eius es. Petrus vero ter negauit cū iuramento ꝙ nūq̄ꝫ eū nouiſſet nec vidiſſet Et ſtatim gallus cantauit. Et reſpexit domin⁹ Petrū. et recordatus eſt petr⁹ v̄bi Jeſu. quia p̄us q̄ꝫ gall⁹ cantabit ter me negabis. ⁊ egreſſus fleuit amare Anſelm⁹ Ubi fuiſti q̄n hec facta ſunt Maria. Statim cum mihi diſcipuli retuliſſent quod factum erat ꝯtremuerūt omnia mēbra mea. ſurgebā cu/

curri cū Maria magdalene iuxta templū. et audiens tumultū in domo Anne volebā intraſſe ſꝫ nō fui ꝑmiſſa. vñ ſtabā foris plorās et clamās. Heu heu mi dilecte fili mi lumē oculoꝝ meoꝝ. q̄s dabit capiti meo aquam. et oculis meis fontē lacrimaꝝ vt plangā interfectōꝫ vnigeniti filij mei. Maria ḡ magdalene circuibat vndiqꝫ ꝛ introſpiciēs. que audiēs negationē Petri cōmota ſūt omnia viſcera eius ꝓ dilectione vnici mei. eo ꝙ ꝑnceps diſcipuloꝝ eum negaſſet. et dixit O ihu ihu qualē finē ſortitꝰ es. vel q̄d fiet de te. cū iſte q̄ ꝑnceps oīm eſſe dinoſcitur te negauit. O ihu te non negabo in eternū. Ego autem ſtabam plena dolore. audiens oīes illuſiones ꝛ cōtumelias quas filio meo dilecto inferebant. et Petrū negantē audiui et oīa q̄ tota nocte fiebāt. Cū ḡ Petrꝰ tertio negaſſet. filiꝰ meus eum reſpexit. ꝛ ꝓpter qđ negauerat amare fleuiſſet. egreſſus foras inuenit nos foris ſtantes. Cui plena dolore dixi. Petre petre. q̄d agiꝫ de filio meo. vbi eſt Jeſus. Qui clamans et eiulans lacrymoſa voce dixit et reſpondit Heu domīa chariſſima abſqꝫ miſericordia cruciatur et occiditur vſqꝫ ad mortem. et currens abſcondit ſe in lapideꝫ pre timore qui vocatur galli cantus. et nō comparuit do nec chriſtus mortuus fuit.

Anſelmus. Dic q̄d factū eſt poſt hec. Maria. Mane facto eduxerūt eum ad Cayphan pontificem. ibi tunc poſtq̄ꝫ captus fuit vidi eum et accurrens quaſi leena raptis fetibꝫ videbam illaꝫ deſiderabilem faciem ſputꝭ iudeoꝝ maculatam ꝛ lacrimabilem. ac plorādo dixi. Heu dilectiſſime fili miſerabilem te modo video q̄ totiens tuo amantiſſimo aſpectu gaudebam. ꝛ volēs eum amplecti. nec fui ꝑmiſſa eum accedere. ſed truſa a iudeis huc et illuc. ꝛ contumelioſe amota et populus vndiqꝫ concurrebat ſicut qñ fures ꝛ latrōes condemnantur. Anſelmꝰ Habuiſti tunc aliquā ſpem ꝙ poſſet liberari. Ma. Etiam. ſciebaꝫ enim ꝙ ingenioſus fuit et facundus. et ſpe-

rabam ꝙ ſe accuſaturꝰ eſſet
ſi ad iudicem veniſſet. Tūc
ſtetit tanq̄ȝ agnus manſue/
tus ⁊ innocens ⁊ nō aperu/
it os ſuū. Fuit etiā ita miſe/
rabilis ꝙ ſperabā ꝙ deberēt
eius miſereri. ⁊ nō tpe modi
co elapſo adeo ꝯſputꝰ fuit ꝙ
quaſi lepꝛoſus apparebat. in
uenerūt eīm multa teſtimo/
nia ꝯtra eū. dicētes eum eſſe
legis deſtructoꝛē ⁊ ppl'i ſub/
uerſoꝛē. Tandē duo falſi te
ſtes acceſſerūt dicētes. Hic
dixit. Poſſuȝ deſtruere tem
plū dei et infra triduū reedi
ficare illud. Et Cayphas
dixit. Dic nobis ſi tu es chꝛi
ſtus Jeſus. Reſpondit. Si
dixero vobis nō creditꝭ mi/
hi. Amen dico vobis. Amo
do videbitꝭ filiū hoīs ſeden
tē a dextris ꝟtutis dei et ve/
nientē in nubibꝫ celi. Tunc
ꝑnceps ſacerdotū ſcidit ve/
ſtimenta ſua et ait. Quid ad
huc egemus teſtibꝫ. audiſtis
blaſphemiā. q̄d vobis videt̃.
Tūc om̄es clamabant. Re/
us eſt moꝛtꝭ. Hac ꝓlata ſen
tentia gladiꝰ Symeonis ꝑ/
trāſiuit coꝛpus meū et aīam
meā. Anſ. Quo tūc duc/
tus fuit. Maria. Ad iudicē
Pylatū. Anſelmus. Spe
raſti ibi aliq̄d chariſſima do
mina. Maria. Multū ſpe/
rabaȝ cū turba ꝯueniret cui
ſepe dulciter p̄dicauerat. et
quoꝝ infirmos ſanauerat. ⁊
in deſerto pauerat. ꝙ eū de
manibus eoꝛuȝ liberare de
beret. Tūc vnanimiter cla/
mabant coꝛam Pylato. cru
cifige crucifige eum. et impo
ſuerunt ei ꝙ ſe dixerat filiuȝ
dei. et ꝙ pꝛohibuiſſet tribu/
ta dari ceſari. Tunc Pylatꝰ
requiſiuit de regno ſuo di/
cens. Tu es rex iudeoꝛum.
Reſpondit Hieſus. An de
teipſo hoc dicis. an alij di/
xerunt tibi hoc de me. Re/
ſpondit Pylatus. Nūquid
ego iudeus ſum. Gens tua ⁊
pontifices tui tradiderūt te
mihi. quid feciſti. Reſpon/
dit Hieſus. Regnum meuȝ
non eſt de hoc mundo. Di/
xit itaqȝ Pylatus. Ergo rex
es tu. Reſpondit Hieſus. tu
dicis. quia rex ſum. Ego in
hoc natus ſum. et ad hoc ve
ni in hunc mundum. vt te/
ſtimonium perhibeam ve/
ritati. Omnis qui eſt de ve/
ritate ipe audit vocem meā.
Dixitqȝ ei iterum Pylatus.

Quid eſt veritas. Hāc que-
ſtionē nō ſoluit ei Jeſus. qui
ſi voluiſſet eū vti℞ liberaſſet
et nūc humanū gen⁹ redem
ptū non fuiſſet Tūc Judas
videns qꝛ damnatus eſſet.
penitētia duct⁹ reddidit. xxx.
argenteos p̄ncipib⁹ ſacerdo
tum et ſenioꝛib⁹ dicens. Pec
caui. tradens ſanguinem iu-
ſtum. At illi dixerūt. Quid
ad nos. tu videris. Et piectiſ
argenteis in templū receſſit
ab eis. et laqueo ſe ſuſpēdit
Pylatus aūt ꝯuocatis p̄n-
cipib⁹ ſacerdotū et magiſtra
tib⁹ et plebe. et dixit ad eos.
Nullam cauſam moꝛtis in-
uenio in homine iſto ex his
in quib⁹ eū accuſatis. At il-
li magis inualeſcentes dice
bant. Cōmouit ꝑplm docēs
ꝑ vniuerſam iudeā. a galilea
incipiens vſ℞ huc Tūc py-
latus audiēs galileam et ꝙ
galileus eſſꝫ miſit eū ad He
rodem. quia et ipſe erat hie-
roſolimis illis dieb⁹. Hero-
des aūt viſo Jeſu gauiſus ē
valde. erat em̄ multo tp̄e cu
piens videre Jeſum eo ꝙ au
dierat multa de eo. et ſpera-
bat ſignum aliquod fieri ab
eo Interrogabat eū multis
ſmonib⁹. videlicꝫ ſi ille eſſet
puer quem pater ſuus vole
bat interficere ꝛ ꝓpter eū mł
tos pueros occidiſſet. Item
ſi eſſet ille q̄ cecos illumiaſ-
ſet. et q̄ Lazarū reſuſcitaue-
rat. et adoleſcentē filium vi-
due in poꝛta ciuitatiſ Naym
et multa alia. Et rogauit eū
vt ſigna faceret pꝛomittens
ꝙ eum de manib⁹ iudeoꝝ li
berare. Jeſus autē nihil re-
ſpondit. Et poſuit coꝛonaꝫ
ſup caput eius dicens. Pꝛo
mitto tibi ſi ſignum feceris
te participē regni mei et co-
heredē te ſtatuā hac coꝛona
qua om̄es imꝑatoꝛes coꝛo-
nanł. Jeſus aūt non reſpō-
dit ei. Et ſtabant p̄ncipes ſa
cerdotuꝫ pharifei ꝛ ſcribe et
ꝯſtanter accuſabant eum.
Anł. Dic dulcis Maria
q̄d tu ſperabas. Ma. Scie
bam Herodem eſſe regē ele
gantie et natura ſuꝑbie. Et
ideo ſperabā ꝙ regi excellen
tiſſimo. ſ. filio meo ꝑcere de-
buiſſet. ſpreuit em̄ ip̄m et in
dutū ip̄m veſte alba remiſit
Pylato. Et facti ſunt amici
Herodes et Pylatus ex illa
die. nam ante inimici erant
ad inuicem. Sciēs ḡ pylat⁹

quia crudeliter ꝯſpirauerīt.
ꝓuidit qͥſdam ꝗ eū ad Hero
dem ducerēt ne eū interfice
rēt. Remiſſo igitꝛ vnico filio
meo ꝯuocās Pylatꝰ oīs iu
deos dixit ad eos. Obtuliſtꝭ
mihi hūc hoīez qͣſi auertētē
ꝑplm. Et ecce ego corā voƀ
interrogās nullā cauſā mor
tis inuenio in eo ex his ī qbꝫ
eum accuſatꝭ. ſꝫ neqꝫ Hero/
des. Nam remiſi vos ad illū
et ecce dignum morte nihil
actum eſt ei. Emendatum ꝰ
dimittā eum. Et illi petebāt
Barrabā ꝗ ꝓpter ſeditōem ꝛ
homicidiū miſſus erat ī car
cerē. Ille tertio dixit. Quid
eīm mali fecit. nullā cauſam
mortis inuenio in eo. Corri
piam ꝰ illuꝫ ꝛ dimittam. At
illi inſtabant vocibꝫ magnis
vt crucifigeretꝛ clamantes.
Crucifige crucifige eū. Se
dente aūt Pylato ꝓ tribuna
li. miſit ad eū vxor eiꝰ dicens
Nihil tibi et iuſto iſti. Mul
ta eīm hac nocte paſſa ſū ꝓpꝰ
eum. Pylatꝰ aūt ſperans ꝙ
crudelitati iudeoꝝ ſatiſface
re deberet apprehēdit et fla/
gellauit in ſtatua ligatuꝫ. ita
ꝙ a planta pedis vſqꝫ ad ver
ticem capitis nō eſſet ī eo ſa/

nitas. Statua aūt illa adeo
ſpiſſa fuit ꝙ bene circa duaſ
palmas manꝰ ſe tangere non
poſſent. Vn̄ accipiebāt cor/
rigias et manus eiꝰ ligabāt.
Milites vero plectentes co
ronaꝫ de ſpinis impoſuerūt
capiti eiꝰ. et veſte purpurea
circūdederant. ꝛ dabant ei
alapas. Hanc coronam ha
bet rex francie. Hec corona
non fuit tm̄ de ſpinis ſed de
iuncis marinis que acutio/
res habent aculeos qꝫ vera
ſpina. Hanc coronā cum lā
cea ꝑcutientes capiti eiꝰ im/
ꝓmebant. ita ꝙ ſanguis eiꝰ
per faciē defluebat. et ſic or/
natuꝫ eduxit eum Pylatus
foris ꝛ dixit. Ecce rex veſter.
Illi autem clamabant. Tol
le tolle. crucifige eum. Dixit
eis Pylatus. Accipite eum
vos et crucifigite. Cui re/
ſponderunt. Nos legem ha
bemus et ſm̄ legem dꝫ mori
qꝛ filiū dei ſe fecit. Cū ꝰ Py
latus audiſſet hos ſmones
magꝭ timuit. et ingreſſus ite
rum ꝑtorium dixit ad Ihm
Vn̄ es tu. Ihs aūt reſpōſū
nō dedit ei. Dixit ꝰ ei Pylatꝰ
Mihi non loquerꝭ. Neſcis
qꝛ ptātez habeo crucifigere

te. Jhs rn̄dit. Nō hr̄es ptā/
tem aduerſus me vllam. niſi
tibi datū eſſ; de ſup. ꝓpterea
q̄ tradidit me tibi mai⁹ pec/
catum hʒ. Exinde querebat
Pylat⁹ dimitt̄e eū. ſed iudei
clamabāt dicētes. Si hunc
dimitt; nō es amic⁹ ceſaris.
Uidens aūt Pylat⁹ ꝙ nihil
ꝓficeret ſʒ mag; tumult⁹ fie/
ret. accepta aqua lauit ma/
nus corā ꝑplo dicens Inno
cens ego ſum a ſanguine h⁹
iuſti. vos videritis. Et reſpō
dens vniuerſus ꝑplus dixit.
ſanguis eius ſuꝑ nos et ſuꝑ
filios noſtros. Inſtabant ḡ
vocib⁹ magnis vt crucifige/
ret̄ et inualeſcebāt voces eo
rū. Et Pylatus adiudicauit
fieri petitiones eoꝝ. dimiſit
aūt illis eum q̄ ꝓpter ſeditio
nem et homicidium miſſus
fuit in carcerē quē petebant
Ad nimiā ḡ plebis inſtātiaʒ
Pylatus hui⁹ mortis ſenten
tiam protulit aduerſus fili/
um meū dicēs. Jeſum naza
renū abiudico vite ⁊ adiudi
co morti ignominioſe cruc;
Anſelmus. Quid feciſti
tunc domina dulciſſima cū
hec audires. Maria. Hic p
lata ſentētia gladi⁹ pertrāſi
uit cor ⁊ aīaʒ meam. Suſce
perūt dilectum filiū meum.
vt ſcribit Johannes. ⁊ edu/
xerunt euʒ vt crucifigeretur
et baiulans ſibi crucē exiuit
in locum q̄ dr̄ caluarie loc⁹.
vbi crucifixerūt eum. ⁊ crux
adeo magna fuit et habuit
q̄ndecim pedes in longitu/
dine. et adeo debilitat⁹ erat
tota illa nocte ꝙ eam porta/
re nō potuit. Unde Lucas
ſcribit Apprehenderūt quē/
dam Symonem cyrenen/
ſem et impoſuerūt illi crucē
portare poſt Jhm filiū meū.
quod non fecerūt cauſa mi/
ſerationis quaſi compaterē
tur. ſed q2 p̄ debilitate illud
facere non poterat. Anſ.
Sequebāt̄ eū aliq̄ cū edu/
ceret̄. Maria. Tota turba
ꝯcurrebat ſic̄ qn̄ fures edu/
cūt̄ ad ſuſpēdiū. Un̄ Lucas
ſcribit. Seq̄bat̄ multa tur/
ba ꝑp̄li voce lacrimabili plā
gentes eū. Seq̄bant̄ autem
pueri ꝓiiciētes lutū in eum.
Cōuerſus aūt fili⁹ me⁹ dixit
Filie hieruſalē. nolite flere
ſuꝑ me ſʒ ſuꝑ vos flete et ſuꝑ
filios vr̄os. vic; q̄ lutū et la/
pides ī me mittūt. et neſciūt
q̄d faciūt. Qm̄ ecce dies ve/

niẽt in q̃b⁹ dicẽt. Beate ſteri les. et ventres q̃ nõ genuer̃t. ꝛ btã vbera q̃ nõ lactauerũt. Tũc incipiẽt dicere mõtib⁹. cadite ſup nos. ꝛ collib⁹. co/ operite nos. qꝛ ſi in viridi liḡ hoc eſt in puericia. h faciũt. in arido. i. in etate quid fiet. Ducebant ꝛ alij duo nequã cuꝫ eo vt crucifigerent. h ad ↄfuſionẽ ſuã. Cũ aũt educe ret ego volẽs eũ ſeq̃ ꝛ videre et p̃ nimia multitudĩe nõ po tui. Sꝫ tandẽ cum Maria magdalene vna deliberaui ꝙ p viã adiacentẽ platee. ꝛc̃. quandã foueã circuiuim⁹ et iteꝝ illi obuiã venim⁹. et cuꝫ venirem⁹ iuxta fontẽ obuiaꝫ habui filiũ meũ deformatũ et oppreſſum omni dolore. q̃ benigne ſe inclinans ad me dicebat. Ach mr̃. q. d. grateſ tibi refero ꝑ mľtimodis bñ/ ficijs mihi a te impẽſis pro mľto labore. Et poſtq̃ꝫ vene rũt ĩ locũ caluarie crucifixe rũt eũ. ꝛ latrones vnũ a dex/ tris. ꝛ aliũ a ſiniſtrſ. Anſ. Et quomodo tunc fecerũt ei. Maria. Cum ad locum caluarie veniſſet vbi carnes et morticina diſcoriabãtur. et nudauerũt eum totaliter

veſtib⁹ ſuis. et ego exanimis fui facta. tamen capitis mei velamen accipiens circum/ ligaui lumbis ei⁹. Poſt hoc depoſuerũt eum ſup terrã ꝛ eum deſup extenderũt. ꝛ pri mo vnum clauum incuſſer̃t adeo ſpiſſum ꝙ ſanguis nõ potuit emanare. ita vulnus clauo replebat. Poſtea acci pientes funes traxerũt aliḋ brachiũ ꝛ alium clauum in cuſſerũt ↄſimileꝫ. poſtea pe des etiã cum funib⁹ traxer̃t et clauuꝫ incutiebant. ita ꝙ omnia membra et oſſa appa rebant. vt impleretur illud. Dinumerauerũt om̃ia oſſa mea. Poſt hoc erexerunt eũ cuꝫ magno labore. ꝛ fuit ita alte ſuſpenſus ꝙ nunq̃ꝫ pe/ des eius attingere poteram Et cum erectus fuiſſet tunc propter ponderoſitateꝫ cor poris omnia vulnera lacera ta ſunt et aperta. et tunc ſan guis de manibus et pedib⁹ emanauit Ego autem indu ta fui quadã veſte qua mu/ lieres omnes illius regio/ nis vti ſolent. qua texi totuꝫ corpus. et eſt idem quod lin theum. Et fuit etiam illa ve ſtis tota ſanguine aſperſa.

Anſelmus. Quid factuz fuit poſt hoc. Mar. Poſtq̄ crucifixerunt filiū meū. Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea. ſortem mittētes ſuper veſtez inconſutilē. vt impleretur illud qđ dictum erat p̱ ꝓphetam. Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea. et ſuper veſtem meaz miſerunt ſortem. Et ſcripſit Pylatus ſuper caput ei⁹ litteris grecis. hebraicis. et latinis. Hieſus nazaren⁹ rex iudeorum. Et dixerūt iudei Noli ſcribere. rex iudeorū. ſed quia ſe dixit regez iudeorum. Reſpondit Pylatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Pretereuntes autez blaſphemabant eum mouentes capita ſua dicentes. Vach qui deſtruxit templum dei. et infra triduum reedificauit illud. Salua temetipm̄. ſi fili⁹ dei es. deſcende nunc de cruce.

Anſelmus. Quid ad hoc reſpondit filius tuus. Maria. Sicut Lucas ſcribit. Pater dimitte illis. qꝛ neſciunt quid faciūt. et ſtabat populus expectans et deridebat eum. Audiēs hoc latro qui a ſiniſtris pendebat etiā inſultauit eū dicens. Si filius dei es ſalua temetipſum et nos. Reſpondit qui a dextris pendebat dicens. Neq̄ tu times deum qui iuſte dānatus es. et quidez digna factis recipimus. hic vero nihil mali geſſit Et dicebat ad ihm Domine memento mei cum veneris in regnū tuuz. Et dixit illi Hieſus. Amen dico tibi. Hodie mecū eris in paradiſo.

Anſelmus. Quid aūt feciſti dn̄a. Maria. Stabam iuxta crucem merore plena quia ei ſolatiū fieri non poteram. et mecuz ſtabat ſoror et Johēs euangeliſta ⁊ Maria magdalene. et cū vidiſſet me et diſcipulum meū Johannē quez diligebat. aduerſum me ait. Mulier ecce fili⁹ tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Erat autem hora ſexta. et tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terraz vſq̄ ad horam nonam. Et exclamauit voce magna. Heli heli lamaazabatbani. Et q̄daz dicebant. Ecce Helyam vocat iſte. Poſt hoc ſciens Jeſus q̄ omnia conſummata ſūt. dixit. Sitio. Et vas erat poſitū aceto plenū. ⁊ currēs

vnus impleuit ſpongiam et
dabat ei bibere vt citiꝰ moꝛe
retur. Et cum bibiſſet acetũ
dixit. Conſummatũ eſt. Et
poſtea In manus tuas cõ/
mendo ſpiritũ meũ. Et in/
clinato capite emiſit ſpiritũ
Tunc velum templi ſciſſuȝ
eſt a ſummo vſqȝ deoꝛſum.
⁊ terra mota eſt. ⁊ petre ſciſ/
ſe ſunt. ⁊ maxime illa in qua
ſtabat crux ſciſſa eſt vt ma/
nus īponi potuiſſet. Et mo
numenta aperta ſunt ⁊ mlꝫ/
ta coꝛpoꝛa ſanctoꝝ qui doꝛ
mierunt ſurrexerunt. ⁊ ītro
ierunt in ſanctam ciuitateȝ.
⁊ apparuerunt multis. Cen
turio ⁊ qui cum eo erant cu
ſtodientes Jeſum. viſo ter/
remotu ⁊ his que fiebant ti
muerunt valde. ⁊ ipſe Cen/
turio gloꝛificabat deum di
cens. Uere hic homo iuſtꝰ
erat. Ecce omnia elementa
quõ chꝛiſto compatiebantꝛ.
Soli auteȝ iudei indurati
erant. Anſhelmꝰ. Chariſſi
ma domia habuit adhuc fi
nem doloꝛ eiꝰ. Maria. Nõ
quia nõdum impleuerat ꝓ/
phetiã Symeonis. ſ. Tuã
ipſius animã ꝑtranſibit gla
dius. Judei ergo qꝛ paſce/
ue erat. rogabant vt nõ ma
nerent in cruce coꝛꝑa eoꝛuȝ
ſabbato. Erat aũt magnus
dies ille ſabbati. Et rogaue
runt Pylatũ vt frangerentꝛ
eoꝛum crura. ⁊ tollerentur.
Uenerunt ergo milites. et
ꝑmi quidem fregerunt cru
ra ⁊ alterius qui crucifixus
eſt cum eo. Ad Jeſum autẽ
cum veniſſent ⁊ viderũt eũ
iam moꝛtuũ. non fregerunt
eius crura. ſed militũ vnus
lancea latus eius ꝑfoꝛauit.
et cõtinuo exiuit ſanguis et
aqua. Et cum hoc viderem
ꝙ talem crudelitatẽ exercu/
erunt in illum moꝛtuũ. exa/
nimis facta fui et tunc cepi
vlulare ⁊ flere dicẽs. Quis
mihi det vt moꝛiar pꝛo te fi
li mi. Anſ. Quid fuit factũ
poſt hec. Maria. Rogabat
Pylatuȝ Joſeph ab arima
thia vt tolleret coꝛpus Je/
ſu. Tunc pylatus queſiuit
ſi eſſet moꝛtuꝰ. tũc iuſſit red
di coꝛpus. qđ cum Joſeph
deponeret coꝛpus. Maria
ſtabat ſurſum reſpiciens vt
bꝛachium ſolueretꝛ ⁊ oſcula
retur. qđ ⁊ fecit Et cum de/
poſitus eſſet de cruce poſue
runt eum ſuper terraȝ bene

ad tres paſſus ꝺ loco crucꝭ. et Maria caput eiꝰ i ſinū re cipiens amariſſime flere ce⸗ pit ꝺicens. Heu ꝺulciſſime fili mi q̄lez ꝯſolatorē mō ha beo quē mortuū corā me vi deo. Tūc accurrēs Johan nes euangeliſta cecidit ſup pectus eius plorās ⁊ ꝺicēs. Heu heu heu ꝺe iſto pecto⸗ re potaui ꝺulciora. mō tri⸗ ſtia ⁊ lamentabilia. Tūc pe trus aduenit q̄ ipm negaue rat ⁊amariſſime fleuit. Tūc maria magdalene plꝰ omni bus flere cepit ſup ꝺn̄m ſuū ꝺicēs. Quis mihi pctā nūc ꝺimittet. Tūc ceti ꝺiſcipuli accurrētes oēs lamētabant ſup eū. Tūc ꝺeꝰ ad ꝯſolatio nē matrꝭ ⁊ ꝺiſcipuloꝝ ſuoꝝ glorificatus fuit ibi ꝙnulla plaga nec liuor i corpe ſuo apparuit p̄ter vulnera q̄ ſer uaturus eſt in ꝺiē iudicij. et adeo ſanus ⁊ clarus apparuit ac ſi nunq̄ʒ aliquā penā ſu⸗ ſtinuiſſet. Et cū ſepelire euʒ vellent. beatiſſima ꝟgo for⸗ tiſſime corpus tenuit ꝺicēs Johāni. Johānes chariſſi⸗ me relinq̄ mihi filiuʒ meum mortuū quē viuum habere non potuerā. vl̄ rogo vt me cū eo ſepelias. Cui Johan nes, Scias ꝙ aliter eſſe nō potuit. ſed ſic genꝰ hūanū re dimi ꝺebuit. Tandē cum ſe pultus fuiſſet. Maria ſup ſepulcruʒ ſe pſtrauit ⁊ adeo miſerabiliter pceſſit ꝙ oēs ꝺiſcipuli fleuerūt. Et cū eā Johannes ad ciuitatē ꝺu⸗ cere vellet ⁊ a ſepulcro mo⸗ ueret. miſerabilit̄ clamauit ꝺicens. Johānes cariſſime amice nō facias mihi iiuriā vt ſepares me a ꝺilecto filio meo. quia hic expectabo ꝺo nec moriar. Quā eandē Jo hānes accipiēs violēter ꝺe duxit eam ad ciuitatē. quaʒ cū vidiſſet populus veſtem aſpſam ſanguie ſic āt crucē ſtetit ⁊ ſanguis ſup eā ſtilla uerat vnanimit̄ clamabant gemētes. Quāta iniuria fa⸗ cta eſt hodie in Hieruſaleʒ in iſta pulcerrima ꝺn̄a et in filio eius. et ei cōpatiebant. Rogemꝰ ergo ꝺn̄m ⁊c̄.

Finis ꝺyalogi btī Anſ⸗ helmi ꝺe paſſione Jeſu xp̄i ⁊ beate Marie virginis.

Tractatus btī Bernar/
di de planctu beate Marie
virginis.

Quis da/
bit capiti meo a/
quā.et ocul' meis
imbrē lachryma/
rū.vt poſſim deflere ꝑ diē et
noctē donec ſeruo ſuo appa
reat dn̄s Jeſus viſu vl' ſom
no ꝯſolās aīam meaꝫ. Uos
filie hieruſalē ſponſe dilecte
mecū lachrymas fūdite.do
nec ſpōſus in ſua ſpecioſita
te benign⁹ ac ſuauis occur/
rat. Recolite recolite.⁊ ſedu
la mente pēſate q̄ ſit amarū
ab ipſo ſepari cui nupſiſtis.
cui vos in oī ſanctitate vo/
uiſtis.vouiſtiſ vota reddere
ea. Uoſipſas xp̄o vouiſtis.
voſipſas reddite deo.curri
te filī.currite virgines.ſacre
matres currite. xp̄o caſtita
tē vouentes.Oēs ad virgi/
nē currite que genuit chri/
ſtum. Ipſa enī portauit re/
gem illum.ſe omni corde pe
tenti datura.Ip̄a genuit eū
lactauit eū.et die octaua cir
cumcidit.et quadrageſimo
die in tēplo preſentauit.fu/
giens ab Herode in egyptū
portans.lactans eum ⁊ nu/
triens. Crede firmit' q̄ erat
inter feminas miniſtrantes
ei.Hanc puto fuiſſe inter il
las dolentes que lamenta/
bant flētes dominum .Po/
terat em̄ et hec eſſe īter illas
femīas. ad quas Jeſus ple
nus improperio. imo plen⁹
opprobrio.ſputis illuſus.fla
gellis afflictus ſibi in anga
riam mortis baiulans cru/
cem cōuerſus ait. Filie hie
ruſalem nolite flere ſuꝑ me.
ſed ſuper voſipſas mag' fle/
te.et ſuꝑ filios veſtros.Pu
taſne domina mundi.domi
na mea.dilecta mea.dilecta
eiuſdem chriſti.eſt ne veruꝫ
quod dico. Bene obſecro
dicas ſeruo tuo decus pa/
radiſi.gaudium celi. verita
tem huius rei. Obliuiſcere
tamē rogo doloris quē tūc
te paſſam non dubito fuiſſe
O vtinā ſic inhereret q̄tidie
viſceribus meis dolor ſicut
inheſit tūc tuiſ.O vtinā die
illa qua aſſumpta fuiſti ī ce
lum vt gauderes ineternuꝫ
cū tuo dilecto filio mihi tu
as lachrymas indicaſſes vt
per illas cognoſcerē q̄ntum
tibi amaritudinis fuerit cū

Jeſum dilectū filium tuū
videres crucifixū. Heu nō
parum olim dilectū clauis
in ligno confixum. capite ī/
clinato ſuū ſanctiſſimū exa
lare ſpiritum videns. Sed
peto ne te moueant verba q̄
dico. cum tamen ſaxa debe
rent ſcindi ad iſta. Quis vn
q̄ ſurſum vel ꝑegrinans in
terra deorſum audiens vel
mente ꝑtractās. quomō fa/
ctus eſt opprobrium homi/
nū ipſe dominus angelorū
⁊ abiectio plebis ipſe filius
dei patris. Quis ſe vnq̄ a la
chrymis contineat. Uerun
tamē tu gaude gaudio ma/
gno. ab ipſo nunc glorifica
ta in celis. que in mente cla
uis amariſſime fuiſti cōfixa
piiſſime mortis. mihi tū ob
ſecro lachrymas illas īfun/
de quas ipſa habuiſti in ſua
paſſione. Et vt in his effici/
ar largior de paſſiōe filij tui
dei ⁊ domini noſtri vba in/
uicem cōferamꝰ. Maria te
deprecor ſemen veritatis q̄
mater es ⁊ virgo ſumme tri
nitatis. Cui illa reſpondit.
Illud quod queris cōpun
ctiuum eſt ⁊ magni doloris
Sed quia iam glorificata
ſum flere non poſſum. Tu
cum lachrymis ſcribe q̄ cū
magnis doloribus ipſa per
ſenſi. Flere ꝓpto nihil me
aliud libet. Sed miſer ego
cor lapideum habeo. ⁊ ideo
flere nequeo. O regina celi
mater crucifixi da quod iu/
bes ⁊ ꝓbe quod cupio. Au/
dit ſeruus tuus dicat domi
na mea. Dic ſi in Hieruſalē
eras quādo captus tuus fi/
lius fuit. ⁊ vinctus ⁊ ad An
nam tractus ⁊ ductus. Cui 119
illa reſpondit. In Hieruſa
lem eram q̄ndo hec audiui.
greſſu qualicunq̄ potui ad
deum meum flens perueni.
Cunq̄ fuiſſem illum intui
ta. pugnis percuti. alapis ce
di. ſpinis coronari. ⁊ oppro/
brium hominū fieri. cōmo/
ta ſunt omnia viſcera mea.
et defecit ſpiritus meꝰ. et nō
erat mihi vox. neq̄ ſenſus.
erant mecū et mee ſorores
⁊ alie femine multe plāgen/
tes quaſi vnigenitum. inter
quas erat Maria que ſuꝑ
oēs excepta me ſola dole/
bat. Dum chriſtus filiꝰ me/
us precone clamante ⁊ Py
lato imꝑante ſibi baiulans
crucem traheret. factus eſt

concurſus populoꝛuꝫ poſt ſp̄m euntiū ⁊ conculcantiū ipſum. Aliȷ̄ em̄ ſuperriden/ tes ⁊ illudētes ei. Et aliȷ̄ ꝓȷ̄ ciebant lutum et ſtercoꝛa et immūdiciā in caput ⁊ in fa/ ciem eius. Heu heu percuti tur facies decoꝛa quā deſi/ derant angeli ꝓſpicere. quā cherubin ⁊ ſeraphin arden ter ꝓſpiciunt. Uelatꝰ virtus ſputis linitur. alapis ceditꝰ. ſequebar ieſum chꝛiſtū ego meſtiſſima mater cum mu/ lierib' que ſecute eū fuerant a galilea miniſtrantes ei a q̄ bus velut moꝛtua tenebar q̄ uſq; ꝓuentū eſt vbi crucifi/ xerunt eū ante me. Ipſe vi/ dens me fuit in cruce eleua tus ⁊ ī ligno duriſſimis cla uis cōfixus. Ego videns eū et ipſe videns me plus dole bat de me q̄ȝ de ſemetipſo. Ipſe aūt tanq̄ȝ agnus corā tondente ſe vocem non da/ bat nec aperiebat os ſuum. Aſpiciebā ego infelix ⁊ mi/ ſera dominū ⁊ filium meuꝫ pendentem ⁊ moꝛte turpiſſi ma moꝛientē. tanto doloꝛe ⁊ meſticia et triſticia vexabar in mente que non poſſent ex plicari ſermone. Nec mirū. Diſcurrebat em̄ ſanguis ex quattuoꝛ partib' rigantib' nudis manibus ⁊ pedibus confixis in ligno. De vultu illius pulcritudo effluxerat et qui erat p̄ filȷ̄s hominuꝫ ſpecioſus. videbatꝰ oīb' oculis indecoꝛus. Iſte erat doloꝛ maximus. quia vide/ bam me deſeri ab ipſo queꝫ gerebam. nec ſuperat alius quia mihi erat vnicus. et iō non poterat in me ſe capere q̄cq̄ȝ doloꝛ meuſ. Uox mea omnis perierat. ſed dabam gemitus ſuſpiriaq; doloꝛis volebā loqui. ſed doloꝛ me/ us rumpebat verba. qđ ver bum iam mente conceptuꝫ dum ad foꝛmationē pꝛeten derat oꝛis. ad ſe impfectum reuocabat doloꝛ non mini/ mus coꝛdiſ. Uox triſticie ſo nabat foꝛis vulnus annun cians mentis. verba dona/ bat amoꝛ q̄ rauca ſonabant Nam lingua voc; magiſtra perdiderat vſus loquendi. Uidebam moꝛientē quem diligit anima mea et tota li/ quefacta eſt pꝛe doloꝛis an/ guſtia. Aſpiciebat ipſe vtrū q; bēigniſſimo vultu me ma trem ſuam ploꝛantem et me

verbis paucis voluit cõſo/
lari. Sꝫ ego conſolari nul/
lo modo potui. flebã dicen/
do. ⁊ dicebam flendo. fili mi
ve mihi quis mihi dabit vt
ego moriar pro te. miſera q̇d
faciam. Moritur filiꝰ. ⁊ cur
non moritur ſecum hec me
ſtiſſima mater eiꝰ. O fili mi
quid faciam mater vnica. fi
li mi dilectiſſime noli me de
relinq̃re poſt te. Trahe me
ad teipũm vt ipſa moriar te
cum. male ſolus morieris. te
cum perimatur iſta tua ge/
nitrix. O mors miſera noli
mihi parcere. tu mihi ſola p̄
cunctis places. extra vires
trucidas. matrem cum filio
perime fili dulcis vnice. ſin
gulare gaudiuꝫ. vita anime
mee. ⁊ omne ſolaciuꝫ. fac vt
ego moriar que te ad mortẽ
genui. O fili recognoſce mi
ſeram ⁊ exaudi vocem meã.
Decet enim filium exaudi/
re matrem deſolatã. Exau/
di obſecro in tuo me ſuſcipe
patibulo. vt qui vna carne ī
vnum et vno amore ſe dili/
gunt. et vna morte pereant.
O iudei miſeri. o iudei im/
pij nolite mihi parcere. ex q̊
vnicum natum meum cru/
cifigitis. matreꝫ crucifigite
aut alia q̃licunq; ſeua mor/
te perimite. dũmodo ſimul
cum filio meo finiam vitaꝫ
Male em̃ ſolus morit̃. or/
batur orbẽ radio. me in dei
filio gaudio dulcoris Vita
mea morit̃. ſalus mea p̄imi/
tur. ac de terra tollitur oĩs
ſpes mea. Cur g̊ viuat poſt
filium mater ī dolore. Tol/
lite tollite ſuſpendite matrẽ
cum filio. Non parcis pro/
li. nec parcas ⁊ mihi Tu mi
hi ſoli mors eſto medela. tũc
ſumme gauderẽ ſi ſimꝉ mo/
ri poſſem cum chriſto filio
meo. Dulce eſt mori miſere
ſꝫ mors optata recedit. Ve
mihi infeliciter precipue ve
nit. mors mihi melius eſt q̃
vitam ducere mortis. ſed a
me miſera fugit ⁊ me infeli/
cem relinq̇t. cui multũ ipſa
mors optata nunc eſſet. O
fili chare. o bẽigniſſime na/
te miſere matris ſuſcipe pre
ces. deſine mr̃i nunc eſſe du
rus qui cunctis ſemper fu/
iſti benignus. Suſcipe ma
trem tecuꝫ in cruce vt viuã
tecum ſp̄ poſt mortẽ. heu tu
mihi pat̃. en mihi fuiſti ſpõ/
ſus. tu mihi filius en mihi

omnia eras. Nūc orbor pa/
tre. viduor ſpōſo. deſolor ꝓ
le. omnia perdo o fili mi. vl
tra quid faciam. Ve mihi fi
li quo vadā. chariſſime vbi
me vertam. dilectiſſime qđ
mihi ſolacium. piiſſime q̄s
mihi decetero ſubſidium ſo
laciumq; preſtabit. fili dile/
ctiſſime oīa poſſibilia ſūt ti
bi. ſed ſi nō vis vt moriar te
cum mihi relinque aliquod
benignum conſilium. Cui
dominus iam anxius ī cru
ce oculis vultu intuens de
Johanne ait. Mulier ecce
filius tuus. Erat et ipſe Jo
hannes preſens ⁊ vultu tri/
ſtis lachrymans ⁊ ſemꝑ plo
rās. Ac ſi diceret. O mater
dilectiſſima mollis ad flen/
dum ⁊ mollis ad dolendū
tu ſcis ꝙ ad hoc veni carnē
de te ſumpſi vt per cruc; pa
tibulum ſanarem genꝰ hu/
manum Quomodo imple/
buntur ſcripture Scis eñ
ꝙ oportet me pati pro ſalu/
te generis humani. Die nā/
q; tertia reſurgam. tibi ⁊ di/
ſcipulis patenter apparebo
Deſine flere. dolorem depo
ne. quia ad patrem vado, ad
gloriam paterne maieſtatis
aſcēdo. Nunc gratulare me
cum. quia inueni nunc ouē
que errauerat. quam taꝫ lō/
go tēpore perdiderā. Mo/
ritur vnus vt inde viuat to
tus mundus. Unius ob de
meritum cuncti periere ho
mines. Saluenť cūcti vni/
us ob meritum. Quod pla
cet deo patri quomodo di/
ſplicet tibi mať dilecta. Ca/
licem quē dedit mihi pater
non vis vt bibam illū. No/
li flere mulier. Noli plange
re ſpecioſiſſima mater. non
te deſero. nō te derelinquo.
tecum ſum. tecum ero oīmi
tempore ſeculi. Si ꝁm car/
nem ſubiaceo mortis impe
rio. ꝁm diuinitateꝫ ſum ego
et fui ſemper impaſſibilis ⁊
immortalis. Bene ſcis ma/
ter vnde proceſſi et vnde ve
ni. quare ergo triſtaris ſi il/
luc aſcendo vnde deſcendi.
Tempus eſt vt reuertar ad
eum qui miſit me. Et quo
ego vado non potes veni/
re mō. venies āt poſtea. Jo
hānes q̄ eſt ꝯgnatꝰ tuuſ dē ce
tero reputabiť tibi filiꝰ curā
hēbit tui ⁊ erit ipſe ſolaciuꝫ.

Inde ieſus Johannē intui
tus dixit. Ecce mater tua. ei
ſeruies. curam illius habe.
eam tibi cōmendo. Suſci/
pe matrem tuaꝫ. imo magis
ſuſcipe me. Dum hec dice/
ret pauca. iſti duo dilecti ſp
lachrymas fundere non ceſ
ſabant. tacebant iſti virgīes
ambo. et pre dolore loqui n̄
poterant. Iſti duo virgīes
audiebāt chriſtū loqui vo/
ce rauca. et chriſtuꝫ videbāt
paulatiꝫ morientē. nec ei po
terant verbum reſpondere.
quia videbāt euꝫ quaſi iam
mortuū. Erant em̄ illi duo
velut mortui. vn̄ ſpiritꝰ eoꝝ
voces exprimere non vale/
bāt. Defecit nanq̄ ſpiritus
eorū ⁊ ꝑdiderunt virtutem
loquendi. Audiebant et ta/
cebant quia p̄ anguſtia loq̄
non poterant. Solus illis
dolor luctuſq̄ remāſit ami
cus. Amabant flere ⁊ flebāt
amare. Amare flebāt. quia
amare dolebant. Nam gla/
dius chriſti animas vtrorū
q̄ tranſibat. trāſibat ſeuus.
ſeue ꝑimebat vtrunq̄ Que
magſ amabat ſeuior flebat.
imane mater ſentiebat chri
ſti dolores virgo que gladi
um eſt paſſa doloris chriſti
morientis. vulnera matris
erant chriſti dolores ſeui fu
erunt tortores in anima ma
tris. Mater erat decapita/
ta ꝑ mortem filij. mente ma
ter erat ꝑcuſſa cuſpidis an/
xio telo q̄ mēbra chriſti ſer/
ui foderūt iniqui. Ipſa erat
quam magnus dolor tene/
bat. in mente eius creuerāt
immenſi dolores. nec pote/
rant extra refundi. intꝰ atro
citer ſeuientes dolores nati
animā gladiabant. in carne
chriſti ſoluebāt debitū mor
tis. quod grauiꝰ erat q̄ mo/
ri anime matris. Cōmēda/
ta matre Johāni. dixit Je/
ſus. Sitio. ⁊ dederūt ei qui
crucifixerūt eum acetū cum
felle mixtum. ⁊ dum guſtaſ/
ſet noluit bibere. ſꝫ dixit. cō
ſummatuꝫ eſt. ⁊ exclamauit
voce mag̃. Heli heli lama/
zabathani. hoc eſt deꝰ meuſ
deus meus vt q̄d dereliq̄ſti
me. Et ſic emiſit ſpiritum.
tūc tremuit terra. ſol ſua lu/
mina clauſit. merebant poli
dolebant ſidera cūcta. oēm
ſuum ſplendorem amiſit lu
na dolendo. receſſit ab alto
ethere fulgur. ſcindunt᷑ du/

ri lapides.ſcindunt faſtigia
templi. Cogitare libet quã
tus dolor etiam tunc fuerit
matri cum ſic dolebãt q̃ in/
ſenſibilia erant. nec lingua
loqui nec mens excogitare
poteſt quanto dolore tunc
anima Marie tenebat. Ju
xta crucẽ ſtabat iam emor/
tua mater q̃ illum ꝯceperat
de ſpũſancto. Uox nõ erat
illi.dolor abſtulerat vires.
imo ſtrata iacebat pallẽs a/
nima.viuẽs viuebat moriẽſ
viuẽs mortua erat.ibat ſta/
bat dolẽs ſeuo ꝑfecta dolo
re.expectans corpus xp̃i de
poni de cruce ⁊ plorabat di
cens. Reddite miſere matri
corpus velut exanime. com
pleſtis vota.extinctũ depo/
nite matri. Deponite illum
deponite illũ queſo mihi vt
habeam mecuꝫ ei⁹ exanime
corpus mihi ſolamen vl' ſal
tẽ ſic defunctũ. Juxta cru/
cem ſtabat Maria conſide
rãs vultu benigno chriſtuꝫ
pendentẽ in crucis ſtipite ſe
uo.pedibuſqꝫ tenſis manuſ
in altũ leuabat amplectens
crucem.ruens in oſcula ei⁹
qua parte chriſti ſanguis et
vnda manabat.quo vt pote
rat ſurſum ſi etiam volebat
tãgere.manibus voluit am
plecti chriſtum in alto pen/
dentem.ſed man⁹ inde ten/
ſe in ſe cõplexe rigebãt.ſe le/
uans a terra ſurſuꝫ erigeba
tur ad chriſtum. O q̃ꝫ male
illi tunc erat.graui⁹ illi erat
vita viuere tali q̃ꝫ mortꝫ gla
dio ab impĳs ſeuo necari.
Jtem vir nobilis quidã no
mine Joſeph qui erat diſci
pulus eius occultus.confi
denter tamẽ iuit ad Pylatũ
poſtulans ſibi dari corpus
Jeſu. Quo conceſſo voca/
uit ad ſe quendã virum ſapi
entem ⁊ pariter diſcipulum
Jeſu occulte.nomĩe Nico/
demũ.⁊ venerunt ad locuꝫ
vbi erat ieſus. Quos vt vi/
dit mater eius volentes eũ
deponere de cruce quaſi de
morte cõſurgens reuiuiſce/
bat ſpiritus eius.⁊ quod po
terat in miniſteriuꝫ adhibe
bat.vnus clauos ex manib⁹
trahebat.ne caderet corpuſ
illius exanime alter ſuſtẽta/
bat. Stabat Maria bra/
chia leuans in altũ et caput
manuſqꝫ dependẽtia ſupra
pectus chriſti trahebat ipa
ſuuꝫ. Quem cum attingere

valebat. in oſculis et ample
plexibus ruens. de ſuo cha
riſſimo filio ſatiari non po/
terat. Sed dum ꝺ cruce in
terram depoſituꝫ fuit ſupꝛa
ruens pꝛe incõtinẽtia ⁊ im/
mẽſitate doloꝛis quaſi moꝛ
tua ſtetit et tranſire non poſ
ſe viſa eſt. Stabat ad caput
ſui extincti filij mater Ma/
ria lachꝛymis faciem eiꝰ ri/
gans. ꝑ diuerſa toꝛquebat
ſuſpiria. quatiẽs caput ⁊ a/
mariſſime plãgẽs ſe ad cru/
cẽ manibus percutiebat di
cens. O mater meſta. o dul
cis virgo quid feciſti. O fi/
li dilectiſſime quare te iudi
crucifixerunt In gremio eĩ
modo te moꝛtuũ teneo. tri/
ſtiſſima eſt mater tua. O fili
mi quid iſta mater tua miſe
ra. Ve mihi fili mi vbi ẽ em̃
gaudium quod in natiuita
te tua habui Ve mihi ĩ q̃n/
tam triſticiam et doloꝛeꝫ cõ
uerſum eſt gaudium meum
fili mi. nil aliud reſtat niſi vt
me interficiã. quia plus vi/
uere non poſſum. Succur
re mihi et tuum ſanctũ ſpiri
tum ĩ me refunde. Inde ꝓo
maxillas oclꝰoſq3 ſimul ⁊ na
ſum oꝛaq3 frequentiꝰ oſcu/
labatur ipſius. Lachꝛyma
rum tãta vbertas effluxerat
vt carnem cum ſpiritu oẽm
in lachꝛymas reſolui puta/
res. rigabat cum lachꝛymiſ
extincti filij coꝛpus depoſi/
tũ qꝺ ſeruabat lapideq3 ma
debat Alia facta oppꝛobꝛia
que reuocabat ad mentem
quis vel qualis fuerat quẽ
ipſa virgo cõceperat ſine li/
bidine ⁊ peperit ſine doloꝛe
qui erat omne quod ipſa vi
uebat tanq3 deus ⁊ dominꝰ
ſuus filius eiuſ. ⁊ ſic male ei
erat ſicut eſſe poterat ⁊ eſſe de
cebat. Unde Maria dice/
bat. Dic fili mi dulciſſime.
dic amoꝛ vnice. vita mee a/
nime. Amoꝛ meus. ſingula
re gaudium. vnicum ſolaci
um. quare ſic dolere me per
mittis Cur tã longe factus
es a me deus meus cõſolãs
animam meam. Reſpice in
me ⁊ miſereꝛe mei da impe/
rium filie tue et ſaluam fac
virginem matrẽ tuam. Dũ
Joſeph ⁊ Nicodemus do/
minũ deponerent in ſepul/
cro. volebat mater meſta ſe
peliri cũ filio. Hec erat ĩni/
xa ſuper dilectũ ſuũ ample/
ctẽs illũ cũ oĩ amoꝛiſ dulce

die deoſculās dicebat. Mi
ſeremini mei miſeremi mei
ſaltē vos amici mei. Jllum
adhuc paululum relinqui/
te mihi. faciez illius ſubtra/
cto velamine videam. vt a/
liquantulum videndo ip/
ſum conſolari poſſim. No/
lite eum tam cito tradere ſe
pulture. date illū miſere ma
tri ſue vt habeam illum me
cum vel ſaltem mortuum.
Aut ſi eum ponitis in ſepul
cro. me miſeram ſepelite cū
illo. qꝛ poſt illū ſp male erit
mihi. Jllū ponebāt illic ī ſe
pulcro. ⁊ maria trahebat eū
ad ſe. Jlla volebat illum re
tinere. illi volebant tradere
ſepulture. Omnes eum ſic
amariſſime flebant. vt quiſ
ꝗ̄ eorum non poſſet ad ple/
num verba formare. Uide/
bant enim matrez omni ſo/
lacio deſtitutam. ⁊ ſuper il/
lam potius ducebant plan
ctum ꝗ̄ ſuper extinctuz do
minum ſuum. Maior ille
dolor fuerat de matris do/
lore ꝗ̄ fuerat de ſui domini
morte. Fiebat luctus. quo
cūqꝫ tranſibat Maria plo
rabat. plorabāt omnes am
bulātes cum illa. Flebant
ergo cuncti miſerantes et p̄
dolore gementes. Et ſic do
minum vite et mortis ſepul
ture dederunt.

Explicit tractatus bea/
ti Bernardi de plāctu glo/
rioſiſſime Marie virginis.

Theol. 12 Or f. 3
cath. Rom.

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 69 4°
INKUNABUŁY